Leuiathan vt inquit Hiero. Judei dicunt drachonem magnū fecit deꝰ q̇ dr leuiathan ⁊ eſt in mari: ⁊ aiūt vt qn̄ recedit oceanus draco vertit. De hoc apud Eſaiā In die illa viſitabit dn̄s in gladio ſuo ſuꝑ leuiathan ſerpentē vectē: ⁊ ſuper leuiathan ſerpentē tortuoſuz occidet cetum qui in mari eſt.

Leuir leuiri pe. cor. dr mariti frater: quaſi leuis vir.

Leue/ſignificat id qd̄ eſt ſine pondere. Unde leuis ſtipula. Virgi. lib. xii. Coryticq; leues humeris ⁊ letifer arcus. Transfertur ad animū. Unde leues hoies vocant incōſtātes viles ⁊ nullo honore digni quēadmodū ecōtrario graues dicimꝰ ꝯſtātes ſeueros prudentes. Hinc leuitas q̄ mō dr de re nō pōderoſa: mō d in cōſtāti viliq;. Cice. cū in Antonio genꝰ qddā ſordidiſſimū vite demōſtrare vellet/ ꝙ in caupona deliteſceret/ ꝙ ad veſperū potaret/ ꝙ ore inuoluto iter faceret ne cognoſceret. Videte inq̄t homis leuitatē tāq; ꝓrſus iſta dedecora hoc vitio notarēt. Leuia vina q̄ ſint. vide in dictōe lora. Leue cū diph. aliud ſignificat.

Leuiculus dimi. a leuis. Cice. li. v. tuſ. Leuiculus/ſane noſter Demoſthenes q̇ illo ſuſurro delectari ſe dicebāt aquā ferētis muliercule: vt mos in grecia eſt.

Leuo as. pen̄. cor. in altū tollo/veluti leue qddā. Liui. Mox aq̄ leuata vēto cū ſuꝑ gelida mōtiū cacumina ꝯcreta eēt. Interdū leuare eſt auferre. Virg. Atq; arcta leuari vincla iubet pamꝰ. Interdū exonerare ⁊ quaſi releuare. Idē: Ego hoc te faſce leuabo. Interdū extenuare ⁊ leue facere. Idē: Noſtrūq;: leues q̄cūq; laborē. i. leuē facias: vt exponit Ser. Cōpoſita huiꝰ verbi ſunt Alleuo/colleuo/ſimul leuo. Col. li. vii. Paſtinaceq; agreſtis ſemina ⁊ ſuccꝰ amoracee cū melle colleuant: oculoꝝ ſedāt dolorē. Deleuo/deorſum leuo. Idē li. iii. Et ſi fieri pōt iuxta aliquē nodū ferula deſecato ⁊ plagā acutiſſimo ferro deleuato. Eleuo/releuo/rurſus leuo: ⁊ q̄ſi idē qd̄ alleuo. Ter. in adel. Nā ⁊ illi animū iam releuabis q̄ dolore ac miſeria tabeſcit. Subleuo/adiuuo. Et oīa habēt pe. cor.

Leua/manus ſiniſtra: quaz greci σκεαν dicunt. Unde tractū eſt cognomē ſceuola. Alii leuā cum diph. ſcribunt: ꝙ greci λαιαν leuā dicunt: a quo fit leuus.

Leuꝰ a. um. cū de hūanis loq̄mur/ſignificat cōtrarium. Vir. Si mēs nō leua fuiſſet. Cū vo de celeſtibꝰ ꝓſperū denotat: qr ſiniſtra numinū dextera ſunt intuētibꝰ. Idē li. iiii. ge. Numia leua ſinūt/auditq; vocatꝰ apollo. Etruſci celū in. xvi. partes diuiſerūt: e q̇bꝰ octo ab exortu ſiniſtras totidem econtrario appellauere dextras. Hinc oīa fulmina leua exiſtimāt eē ꝓſꝑa: qm̄ a leua ꝑte mūdi ortꝰ eſt ſic ſcribit Pli. Et vt auctor eſt Cice. li. ii. de diui. Optimū auſpiciū habebat apd ro manos qd̄ ſiniſtrū fuerat. Vñ Vir. antiq̄tatꝭ ꝯſultiſſimꝰ dixit: Intonuit leuū: qd̄ felicitatē portēdere credebatur.

Leui/ nomē pħiarche: a q̄ leuita ſeu leuites pe. ꝓ. ꝓ eo q̇ eſt d tribu leui. Hier. in li. Exo. Aaron frat tuꝰ leuites ſcio ꝙ eloq̄ns ſit. Hinc leuiticꝰ a. um. poſſeſſiuū.

Leui ꝑteritū a leo/ſignificat aperui/ꝓtuli. Hora. lib. i. car. Greca qd̄ ego ipe teſta conditū leui. Cuius compoſitū releui ꝓtulit. Terē. Releui omnia dolia.

Leuidenſa auctore Seruio genus veſtis ſic dictum: q̇ niā filo admodū raro ⁊ leuiter denſato ac texto fit ꝑtenuiq;. Cice. Dolobelle. Sz ego hoſpiti veteri amicū munuſculū mittere volui leuidēſe Craſſi filio.

Leucotrota beſtia in india: q̄ velocitate ceteras feras ſuperat. Hec aſini fere magnitudine voce loquentiū hominū ſonos emulatur.

## L Ante J

Lie ſunt foramina q̄ in ſūmo mali recipiūt funes.

Libū/genus dulciarii cibi ex farre ⁊ melle ⁊ oleo ſic dictum ꝙ libandi cauſa fiat. Virgi. li. vii. Et adorea liba per herbam ſubiiciunt epulis: vel a libo vbo greco quod apud illos λεβω ſcribitur: vel a libero patre. Ouidi. in Ibi. Liba deo fiunt ſuccis: quia dulcibus ille Gaudet ⁊ a baccho mella reperta ferunt. Et poſt: Melle pater fruit liboq; infuſa calēti Jure repertori cādida mella damꝰ. Huiꝰ diminutiuū eſt libel

lum. Nam libellꝰ a liber eſt. At in epulis libū ſic fieri cōſueuiſſe a Catone lib. de agricultura ſcribit̃ his verbis: Libū ſic facito. Caſeū bene diſtere in mortario: vbi bene triueris, farine ſiliginee librā: aut ſi voles tenerius eſſe ſelibrā ſimilaginis ſolū codē indito permiſcetoq́ꝫ cum caſeo bene: ouū vnū addito: ⁊ permiſceto vna bene. Inde panem facito folia ſubdito in foco calido ſub teſta ea coquito leniter.

Liba e. inſula in mari indico.

Libo as. leniter deguſto/ ⁊ quaſi primis labris attingo. Dictū libare/ quaſi labiare. Virgi. Purpureoſq́ꝫ metunt flores ⁊ flumina libant. Sed latini mirabilia dicunt. Eſt eñ grecū λειβωλειψω. Hiero. de paulo: Deniq́ꝫ paululū aque ꝓno in fronte ore libarūt. Per trāſlationē qñq́ꝫ libare ponit̃ ꝑ leuiter tāgere. Virg. Oſcula libauit nate. Qñq́ꝫ ꝓ ſacrificare. Lactā. li. v. Nihil eñ ſancta ⁊ ſingularis illa maieſtas aliud ab hoīe deſiderat ꝙ̄ ſolā innocētiā/ quam ſi qs obtulerit deo/ ſatis pie/ ſatis religioſe libabit. Tibul. Et quodcūq́ꝫ mihi pomū nouꝰ educat annꝰ Libatū agricole ponit̃ ante deū. Qñq́ꝫ pro recipere ſumere haurire. Cice. lib. iiij. ad Heren. Vide ne facias impudēter q̄ tuo noīe velis ex aliorū laboribus libare laudē. Huius verbi cōpoſita ſunt Delibo/ ꝑlibo/ prolibo. Pli. lib. xxxv. In ſacris quidē etiā inter has opes nō myrrhinis cryſtallinis ve: ſꝫ fictilibꝰ ꝓlibat̃ ſympulſs innocentius. Et habēt pe. pro. Illibatus etiā dicit̃ pro non libatus/ non tactus.

Libamen/ libamentū ⁊ libatio: pro eodem ſumuntur ſignificantq́ꝫ quicquid in ſacris libat̃: a libero patre q̄ primus Ioui libauit. Ouid. lib. iij. faſ. Noīe ab auctoris ducunt libamina nomē. Liber eñ q̄ bacchus dictus eſt/ cum victor de ſcythis extitiſſet aliiſq́ꝫ nationibus: rerum primitias magno Ioui obtulit. Hiero. in Leui. Qui offert victimā pacificorū dño: offerat ſimul ⁊ ſacrificiū. i. libamenta eius.

Libanus peñ. cor. mons inter arabes ⁊ phenices excelſas arbores habens: ⁊ interp̄tatur candidatio. Ex eo Orontes fluuiꝰ orit̃. Libanꝰ etiā arbor eſt ꝗ thus ꝓducit tā maſ. q́ꝫ femi. ge. Hiero. in eccle. Et q̄ſi libanꝰ nō inciſus vaporaui habitationē meā. Vñ ⁊ ꝓ thure accipitur qđ ⁊ libanū dr. Libanicus thureus.

Libanotis pe. pro. latine thurea dici pōt. Eſt eñ herba odorē thuris habēs: ⁊ roſmarinꝰ appellat̃. Pli. Libanotis radicē habet oliſatri nihil a thure differētē.

Liber liberi Dionyſiꝰ ſiue Bacchus vini reptor. Multos aūt fuiſſe liberos ſiue bacchos dionyſius oſtēdit vel Diodorus. Celebratior ꝟo q̄ ex Semele ⁊ Ioue genitus fertur/ quē tertiū fuiſſe autumāt ⁊ thebis boetiis natū q̄ liber appellatus eſt a liberādo: nā libertatis deus ſeſt: ſiue ꝙ Boetie vrbes liberas fecerit. Ipſe eñ vt inquit Plutar. pro Boetie libertate pugnauit: vel q̄ vinū curas ſoluat ⁊ mētē ab illis liberet. Seu ꝙ vino vſi libere oīa loquātur. Fiūt autem pleriq́ꝫ ebrietate petulātiores. Sene. li. de tranquillitate vite. Liberū dicit/ nō ob licentiā lingue: ſed q̄ liberat ſeruitio curarū animū ⁊ triſtitie medet̃. Var. a labendo deducit ꝙ lubrica mens quo lubet prolabit̃. Aug. docet liberꝫ vocari ꝙ mares in coeundo ꝑ eius bñficiū emiſſis ſeminibꝰ liberent̃. Interdū liber ponitur ꝓ ipſo vino: ſicut ceres ꝓ frumēto. Terē. Sine cerere ⁊ baccho friget venus. Liber dr ſol: q̄ libere per aerē vaget̃. Virg. Vos o clariſſima mūdi lumia Labētē celo q̄ ducitis annū liber ⁊ alma ceres.

Liber adiectiuū dr q̄ nullius habito reſpectu qđ ſentit dicit ⁊ facit. Et liber vocat̃ q̄ nulli ſubiectus eſt: cuiꝰ relatiuū eſt ſeruꝰ. Itē q̄ curis ac negociis oibus ſolutus eſt. Mar. vno diſticho duo eius cōprehēdit ſignificata. Liber hoīes nimiū dicis mihi cheryle: hoc eſt nimiū libere loqueris. In te q̄ dicit cheryle liber homo eſt. hoc eſt vacuꝰ negociis ⁊ qđ agat non hñs. Liber etiā ponit̃ ꝓ eminēti ⁊ extanti. Var. in Eume. Iterꝫ tragici ꝓdeāt cur capite libero/ cum antiq̄ fronte. Itē ꝓ magno ſeu valido. Ouid. Perfruor infelix liberiore malo. Vñ campꝰ liberior dr maior ad dicēdum ratio. Et in his ſignificatiōibꝰ p̄ma ꝓducit̃.

Liber bri. ſubſtātiuū/ ꝓprie pars corticis interior ꝗ ligno adheret. Vñ ⁊ delibrare qđ eſt corticē detrahere: habetq́ꝫ primā cor. Virgi. Nec ſi tum moriēs alta liber aret i vlmo. Vñ ⁊ liber dictꝰ eſt in q̄ ſcribimꝰ q̄ añ vſum charte de libris: id ē corticibꝰ arborꝫ volumina cōpaginabant̃. Vñ ⁊ codex ab arborꝫ trūco appellatus eſt. Ponit̃ qñq́ꝫ liber ꝓ ipſo opere integro q́ꝫlibet ſit magnꝰ etiā ſi cōtineat eneida bucolica ⁊ georgica. Qñq́ꝫ pro certa parte opis: vt Virgilii eneis in duodecim libros diſtincta eſt.

Libellus dimi. paruus liber. Aliqñ etiā ponit̃ ꝓ epl'a ſiue tabella. Vnde libelliones dicti ſunt. Libelli etiā dicunt̃ quos vulgus ſupplicationes appellat: quos Mar. ſupplices libellos noiauit illo hendecaſſyllabo. Idē ſupplicibus vacat libellis. Tales eñ principibus dari ſolēt ad negocia explicanda a ſubditis: in q̄bus petitiones cōtinent̃. Sue. in Ceſa. tm̄ libellos dixit. Libellumq́ꝫ indicē inſidiarū ab obuio quodam porrectmu libellis ceteris q̄s ſiniſtra tenebat ꝙ̄ mox lecturus cōmiſcuit. Apud leguleos libellus diuerſis modis dicit̃. Nam eſt libellus accuſationis cōuētionis/ repudii ⁊ hmōi. Libellū ꝟo genere neutro dimi. eſt a libum. vt. C. de epiſco. audiē. l. iudices. Incarceratis debet victualis ſubſtātia miniſtrari vel tradi libellus duobus aut tribus diurnis.

Libellulus dimi. a libellus. Hiero. In preſenti libellulo edoceat.

Libelliones a veteribus tabelliones dicebant̃. Var. Tum ad me ferunt ꝙ libellionē eſſe ſciebāt.

Librarius rii. qui libros tranſcribit. Hiero. ad Niciā. Nam ⁊ rudes illi Italie hoīes quos Caſcos Enniꝰ appellat q̄ ſibi ritu ferino victū req̄rebāt: ante charte ⁊ mēbranarꝫ vſum/ aut i dedolatis e ligno codicillis aut in corticibus arborꝫ mutuo epl'aruꝫ alloquia mittitabant. Vñ ⁊ portitores earū tabellarios ⁊ ſcriptores a libris arborū librarios vocauere. Bibliopola ꝟo q̄ libros vēdit. Librarius etiā dici pōt qui libros cōcinat. aut venales in taberna tenet. Itē librariꝰ a libra fit: ⁊ is eſt q̄ ꝑtiēdis penſis ꝑficit̃.

Librarius a. um. qđ ad libros pertinet. Pliñ. lib. xxxv. Omne aūt attramentū ſole perficit̃: librariū ⁊ tectorium glutino admixto. i. quo libri excribunt̃ ⁊ materia aliqua tegit̃. Et librarius a. um. a libra fit. Col. li. vlti. Caro in libraria fruſtra concidit̃.

Libraria e. vbi reponunt̃ libri: grece bibliotecha. Gel. in libraria ego ⁊ L. Paulus conſederamus.

Liberi dicunt̃ filii: q̄ vt ait Do. Liberalitate a parentibus regendi ſunt. Et liberorū appellatiōe etiā vnꝰ filius ⁊ vna filia intelligit̃. Terē. Cui tu liberos cōmittas tuos. Item liberorꝫ appellatione cōtinent̃ nepotes ⁊ ꝓnepotes ceteriq́ꝫ ex his deſcēdētes.

Liberalia orꝫ. liberi feſta ꝗ apud grecos dicunt̃ Dionyſia. Neuius. Libera lingua loquūt̃ ludis liberalibꝰ.

Liberalis/ benignus/ munificus. Vñ liberalitas munificentia: liberaliter large munifice. Cuius contrariuꝫ eſt illiberaliter: quod veteres de eo dicebant q̄ omne maleficii genus excesſiſſet. Teren. in Adel. Factuꝫ a nobis duriter immiſericorditer atq́ꝫ ſi equū eſt dicere magis aperte illiberaliter Do. Illiberaliter/ iniuſte/ inclementer non/ bene: quia liberalis bonus dicitur. Differt tamē liberal' a munifico: quia liberal' dicitur q̄ rogatus/ munificus q̄ ſpōte beneficiū contulit. Cic. lib. de ora. Quid tam porro regiū: tam liberale tam munificū ꝙ̄ opē ferre ſupplicibus? Sunt etiā q̄

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ac diſtinguūt: vt liberalis ſit q̄ paruis ⁊ priuatis hoibus bñficia ꝓſtat. Munificus q̄ magnis ⁊ i magnis rebus: vt q̄ magna pro dignitate munere ſit munificus vel magnidecẽs: q̄ ṽo in paruis munerıbꝰ liberalem ſeſe ꝓſtat liberalis. Sic liberalitas nature benignitas q̄ maxime in ꝓſtāda opa amicis ꝓſpicit ⁊ verſat inter ꝑuatos ⁊ paruos hoies. Munificẽtia inter magnos. Qꝺ nomen a libero patre: vt Uale. maxi. docet deductū eſt: habetqꝫ liberalitas duo extrema. Nā ſi deficias/nec tātū quātū oportet tribuas: auaricia orit: ſi aūt excedas in dādo: deſqꝫ plus q̄ꝫ oportet ⁊ cui nō oportet: ⁊ qñ ⁊ q̄ cauſa nō oportet in vitium laberis q̄ ꝓdigalitas appellat. Accipit qñqꝫ liberal ꝓ pulchro ⁊ ingenue forme homine.

Liberales artes dicunt que ingenio colunt: ⁊ ꝓpterea digne ſūt liberis hominibus. Illiberales ṽo mechanice que in manuū opera cōſiſtunt. Habent enim ſeruile miniſterium.

Libertas a liber fit q̄ ſeruituti oppoſita eſt. Item libertas dicit de eo q̄ libere ⁊ ſine reſpectu loquit /facitqꝫ que libet. Capiturqꝫ in bonū cuꝫ ſit potẽtia ingenua q̄ ſic ab iuriſcōſultis diffinit/ ꝙ ſit naturalis facultas eius: qꝺ cuiqꝫ facere libet niſi qꝺ vi aut iure ꝓhibet. Licẽtia autẽ in malū cum q̄s libertate abutit vſqꝫ ad temeritatẽ ⁊ ꝓcacitatẽ. Eſt licẽtia impunita quedam facultas agẽdi q̄cq̄d velis Quinti. Que in aliꝫs libertas eſt: in aliꝫs licẽtia vocat. Teren. Deteriores oẽs ſumus licẽtia. Ponit tñ qñqꝫ licẽtia pro libertate: vt apud Sal. Romā legatos ire iubẽt agendarū reruꝫ ac quoqꝫ modo cōponẽdi belli licentiā ipſis ꝑmittit. Libertas etiā libertatis dea dicebat cuiꝰ templū in Auentino cōſtitutū fuiſſe narrāt hiſtorie.

Libertus a libertate dicit: ⁊ is eſt q̄ cum eſſet ſeruus/factus eſt liber. Ulpia. eū eſſe libertū diffinit quem q̄s ſeruitute ad ciuitatẽ romanā perduxit.

Libertinus relatū eſt ingenui: ſicut libertꝰ patroni licet vnū ⁊ idẽ ſit libertinꝰ ⁊ libertus: per libertinū ſignificamus cōditionẽ hominis ſicut ingenuū per libertū priuatū quendā reſpectū ſicut per patronū. Sunt autem libertini qui iuxta ſeruitutẽ manumiſſi ſunt: quẽadmodū ecōtrario ingenui ſunt qui libera matre nati nec poſtea ſerui facti ſunt. Aliqñ etiam libertini vt Sue. in Clau. ſcribit. dicunt q̄ ex liberto creati ſunt. Ait eñ: Ignarus tẽporibꝰ Apꝫ ⁊ Deinceps aliquādo libertinos dictos/nō ipſos q̄ manumitterent: ſed ingenuos ex his ꝓcreatos.

Libero as. modo particulare eſt ⁊ ſignificat manumitto. i. libertatẽ do. Modo vniuerſale/⁊ ſignificat abſoluo. Cice. Nihil antiquiꝰ fuit q̄ꝫ vt te a ſceleratorū hominū calumnꝫs liberarẽ. Terẽ. in an. Obſecro te q̄ꝫ primū hoc me miſerū libera metu. Hinc liberatio que dicitur cum patefacta ſecuritas eſt. Huius verbi cōpoſita ſunt Delibero/ſublibero: qꝺ eſt q̄ſi de ſubleuo. Colu. lib. iiꝫ. Cum ſola ea res omnẽ impenſam terreni pretio ſubliberet ſi modo non ꝓuincialis ſed italicus ager eſt.

Libra ⁊ as ⁊ mina ſeu Mna ⁊ pōdo dꝛ que duodecim conſtat vncꝫs. Libra tñ vnciarū varietatem accepit: pondo ſemper idem fuit. Proprie autem libra inſtrumentū eſt quo res ponderantur: cum lancibꝰ alio nomine bilācẽ vocāt. Cice. Critolaus librā cōſtituebat in cuiꝰ altera lance animi bona ponebat: in altera corporis ⁊ externa: tñqꝫ pendere illā animi bonorū lancem putabat: vt terrā ⁊ maria deprimeret. Ambro. lib. j. offi. Sermones proferat libra examinatos: vt ſit grauitas in ſenſu/in ſermone pondus atqꝫ in ṽbis modus. Statera ṽo inſtrumẽtū quo res ſine lancibꝰ ponderantur. Eſt ⁊ libra celeſte ſignū qꝺ octauo kalendas octobris: ſeu vt quidā exiſtimāt. xiꝫ. Sol per illud tranſiens equinoctium facit.

Libella diminutiuū a libra que erat de argẽto parua et eris libra valebat: hoc eſt aſſe.

Librarius a. um. qꝺ eſt libre. Cato: Caro in libraria fruſtra conciditur. Librarius ⁊ libraria q̄ ⁊ que ꝓficitur particẽdis penſis. Ulpia. Si librariū rus mittat ⁊ q̄lum ⁊ calcem portare cogat: vel hyſtrionẽ balneatorem faciat: vel de ſymphoniaco atrienſem vel de paleſtra ſtercorādis batinis ꝓponat/abuti videbitur ꝓprietatis. Liberarius etiā a libris excribendis vel cōcinandis dicitur: de quo ſupra.

Libralis ⁊ hoc librale/qꝺ eſt vnius libre.

Librile peñ. pro. ſcapus libre. Librilla diuerſum eſt: vt paulo infra.

Libripens dis. a pendẽdo ſm Priſcia. librā eneā tenet Boe. in topi. Mancipi res veteres appellabāt que ita abalienabantur/vt ea abalienatio per quādā nexus fieret ſolẽnitatẽ. Nexus ṽo eſt iuris ſolennitas q̄ fiebat eo modo quo in inſtitutiōibus Caius exponit adhibitis non minus quinqꝫ teſtibus romanis ciuibus puberibus. Eſt ꝓterea alius eiuſdẽ cōditionis q̄ librā eneā teneat q̄ appelletur libripens is. q̄ mancipium accipit es tenens ita dicit: hunc ego hominez q̄ mihi emptus eſt hoc ere eneaqꝫ libra ex iure quirituꝫ meū eſſe aio. Deinde ere percutit librā: idqꝫ es dat ei a quo mancipiū accipit quaſi loco ꝓtꝫ. Poteſt etiaꝫ dici libripens ſtipis ponderāde penſator.

Libro as. pondero/trutino/eſtimo/examino. Apuleiꝰ: Oia priuſqꝫ aliq̄d ſtatuas libranda ſunt. Ambro. ſuꝑ Luc. Uide q̄ꝫ ſignāter ſcriptura ſingulorū libret momẽta ṽboꝝ. Aliqñ librare/graue facere. Pli. Apes ſi oriat ꝓcella apꝓhẽſis peduſculo lapillis ſe librant id eſt grauiores faciūt. Aliqñ ſuſpẽdere ⁊ leuiter ſua vi ſuſtinere. Ouiꝺ. Et iam finitima corpꝰ librabat in herba. Aliqñ Aequare. Col. lib. iiꝫ. Sic permenſum ⁊ libratū opus in ſiſitudinẽ ver nacti ſemꝑ procedit. Inde libramentū ⁊ equilibriū. Huius verbi cōpoſita ſunt Delibro/qꝺ eſt optime pondero. Gel. Quid relinquit niſi delibrari ſibi cenas iubeāt ne edẽdo defatigẽtur. Perlibro/valde libro. Col. lib. iiꝫ. Parit ime foſſe ſolū metit atqꝫ ꝑlibrat. Et habẽte pe. pro.

Libramentū/equamentū. Col. li. j. Nam eiuſmodi poſitio mediū libramentū temperamentūqꝫ verborum hyemaliū ⁊ eſtiuorū tenet.

Librilla al's libella inſtrumẽta bellica ſaxa. ſ. ad brachꝫ groſſitudinem in modū flagelloꝝ loris deuincta ꝙ librari manu. i. ponderari videantur.

Libethrus apud lycophrontẽ poetā videtur eſſe mons macedonie hñs ad radices pimpleā fontẽ. vñ muſe dicuntur libethrides. Strabo ſcribit liberhꝝ eẽ locū thracie ex quo cū nōnulli in boetie parteꝫ migraſſent vbi ꝑnaſſus eodẽ noie libethrū dicarunt.

Libet/placet a labẽdo: vt Uar. inquit ꝙ q̄ placẽt in mẽte ꝓlabantur. Hinc fit collibet pe. cor. Sal. Matres familiarū pati q̄ victoribus collibuiſſent.

Libens/volẽs/facilis a quo libẽtia voluptas gr̄a Macro. Cui libẽtie gratieqꝫ oẽs cōuiuiorū incognite. Libenter aduerbiū/qꝺ eſt grato animo.

Libido peñ. pro. ſi Nonio credimꝰ ⁊ turpiū ⁊ honeſtarum rerū eſſe dicitur: vt omne qꝺ libuerit libido dici poſſit. Sed Aug. lib. contra pelagianos de malis tm̄ dici oñdit cū ait. Sine dubio a libẽdo: hoc eſt a libitu ꝑ deriuationẽ libido eſt nūcupata. Sed nō omne qꝺ libet libido eſt. In bono eñ libitū/libido dici nō poteſt: ſed voluntas de ratiōe. ſ. mentis naturalis exoriens. In malo ṽo libitū nō eſt volūtas ſed voluptas quā fecit trāſgrediẽs ꝓthoplaſti volūtas. Et li. xiiꝫ. de ci. dei. ſcri. libidinẽ eẽ generale vocabulū oīs cupiditatꝭ: cū ⁊ ipſam irā nihil eſſe q̄ꝫ vlciſcẽdi libidinẽ veteres diffinierint. Et auaricia eſt libido habendi pecuniā. Pertinacia eſt libido quōcūqꝫ vincendi: iactā

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tia libido gloriãdi nũcupatᷣ. Et cũ multarũ rerũ libidines ſint: tñ cũ libido dr neqꜫ cuius rei libido ſit /additur: non fere ſolet animo occurrere niſi illa q̃ obſcene partes corporis excitantur.

Libidinoſus/qui in libidinẽ ꝓpẽſus eſt. Cice. in Cato. Libidinoſa eñ ⁊ intẽperãs adoleſcẽtia effetũ corpꝰ tradit ſenectuti. Salu. pro nimis appetenter poſuit. Poſt vbi paulatim licentia creuit iuxta bonos ⁊ malos libidinoſe interficere.

Libẽtina/dea verꝰ ſeu ꝓſerpina. Augu. lib. iiij. de ciui. dei. Neqꜫ eñ audẽt aliq̃ partes ſub noie deoꝝ vl' dearũ deę cloacinę tribuere aut volupie q̃ a voluptate appellata eſt: aut libentine/cui nomẽ eſt a libidine.

Libitina pe. ꝓ. dea quã alij ꝓſerpinã/alij venerẽ dicũt: in cuiꝰ tẽplo vẽdebantᷣ ⁊ locabantᷣ ea q̃ ad ſepulturã pertinẽt/ſicut docet Plutar. in ꝓble: a libẽdo libitina dicta: vt inquit Var. Vñ qñqꜫ ponitᷣ ꝓ ipſa exeq̃arum expẽſa. Sue. in Nero. Qua. xxx. funerũ milia in rationẽ libitine venerunt. Liui. lib. xl. In vrbe tanta fuit peſtilẽtia: vt vix tunc libitina ſufficeret ad ſuppeditanda. ſ. funeribus neceſſaria. Aliqñ pro ipſa ſepeliendi arte ſeu vendẽdi ea q̃ ad ſepulturã ptinent. Val. maxi. Qui tunc libitinã exercebãt/tum rerũ ſuarum vſuꝫ/tum miniſteriũ ſuũ gratuitũ polliciti ſunt. Sed qm̃ in ędе libitine parantᷣ neceſſaria ad funebrẽ apparatũ: hinc factũ eſt vt libitina aliqñ ꝓ morte ſeu ꝓ lecto quo mortui ferebantᷣ caperetᷣ. Hora. li. car. Multa quę pars mei vitabit libitinã.

Libitinarius/q̃ libitinę prȩeſt ⁊ actionẽ libitinariã exercet queſtui inſeruiẽs: ⁊ qui neceſſaria funeribus vẽditat: ſeu qui cõducit funera/aut qui curã ſepeliendorũ cadauerũ habet. Vlpi. de inſtito. acti. Si libitinariꝰ ſeruũ polinctorem habuerit/iſqꜫ mortuũ ſpoliauerit dandam in eum quaſi inſtitoriã actionẽ. Ex quibꝰ verbis patet libitinariũ eſſe curatorẽ funeris /polinctorem qui cadauera tractat ac ſepelit. Hic ⁊ Deſignator dicitur. Sen. de benefi. An tu Arũtium ⁊ Ateiũ ⁊ cęteros qui captandorũ teſtamentoꝝ artem profeſſi ſunt non putas eadem habere quę deſignatores ⁊ libitinarios vota?

Libs/ventus aphricus qui flat aduerſus vulturnũ.

Libia libię. ⁊ libie es. Aphrica ꝙ inde libs ventus flare ſoleat: ſeu ꝙ pluuia indigeat ꝓpter nimiã ſiccitatẽ ἀπὸ τοῦ γειπειρη λιβυησεπαφου. Salu. Cęlo terraqꜫ penuria aquarũ: vel etiaꝫ a lybia filia epaphi Iouis filij. Aug. lib. de paſtoribus docet lybiã duobus modis dici: vel iſtaꝫ quę proprie aphrica eſt: vel illã orietalẽ partẽ q̃ ↄtigua eſt aphricę ⁊ oino collimitanea. Eſt etiã hoc noie fluuiꝰ in mauritania. Lybis homo ⁊ lybiſſa mulier ex libya orti. Vñ Libyſſinus ⁊ libyſtis idis. Virgi. Et pelle libyſtidis vrſę. Mar. Graui ac libytino calore exuſtus. Libyx autẽ libycis facit: a quo gtõ fit libycus a. um. Unde libycum mare. Libycus campus dictus magiſtro Argo ꝙ in eo primũ fruges ex libya allatę ſunt. Unde ⁊ Ceres ab argis libyſſa vocata eſt: vt inquit Feſtus.

Libycis idis/vrbs iudeę ab orientali parte Iordanis quam herodes extruxit.

Liburnia/regio inter illyriaꝫ ⁊ dalmatiã: ſeu vt q̃dam aiunt/pars dalmatię: in qua ſunt Salone vrbs viſionis: cuius populi liburni vocitati ſunt: de q̃bꝰ Luc. Pugnaceſqꜫ mari graiarũ claſſe liburnos.

Liburni populi ex liburnia regione: ⁊ liburni viatores dicti ſunt/ꝙ ex agris iuſſu magiſtratuũ ſępe vocarẽtᷣ ciues/frequẽſqꜫ eoꝝ via eſſet ab agris ad vrbẽ. Iuue. Primus clamãte liburno Currite iam ſedit rapta ꝓperabit abolla.

Liburnũ ⁊ liburna ę. ⁊ liburnica ę. genus nauis bellicę velociſſimę a liburnis populis in illirico qui olim nauibus velocibus vſi ioniũ mare inſulaſqꜫ p̃dabantur. Qua ex cauſa romani naues leuitate/celeritateqꜫ p̃ſtantes appellauere liburnicas: ſicut refert Appianus. Ad cuius ſimilitudinẽ vehiculũ quoqꜫ ↄſtructũ fuit quo romani principes vehi ſolebant. Iuue. Diues ⁊ ingenti curret ſup ora liburno. pro naui Hora. in Epo. Ibis liburnis ſup alta nauiũ amice ꝓpugnacula. Sue. in Aug. Utrobiqꜫ parte liburnicaruꝫ demerſa/ſimulqꜫ eius qua vehebatᷣ fuſis armamentis ⁊ gubernaculo diffracto. Luca. Ordine contentę gemino creuiſſe liburno. Firmicus liburnicũ impiũ vſurpat pro nauali.

Liceo es. cui. licitũ ſm analogiã facere deberet: ſed nõ eſt in vſu. Ab imperſonali vbo licet: habemus licituꝫ eſt. Virgi. Et licito tandem ſermone fruũtur. Significatqꜫ liceo paſſiue id quod liceor actiue. Et ſicut veneo capitur pro vẽdor: ita liceo pro appⱺtior in auctione Plau. in mene. Die ſeptima auctio fiet menecbine mane ſane ſeptimi venibunt ſerui ſuppellex fundi ędes omnia quicqui licebunt prȩſenti pecunia: id eſt numerata ſiue ſoluta in prȩſens.

Liceor eris. licitꝰ ſm analogiã facere debet: ſed nuſqꜫ legi: vt eius cõpoſitũ pollicitus. Deponens tranſitiuum eſt qd̃ vltra actm̃ ſi p̃tiũ exprimatᷣ illud in genitiuo vel ablatiuo ponitᷣ: ſignificatqꜫ p̃tiũ defero. Qñ fit cum veſtis vel domus ⁊ hmõi venditᷣ plus pollicenti. Perſius: Et centũ grȩcos curto cẽtuſſe licetur. ſemperqꜫ huic verbo p̃tium ſubintelligitᷣ ſi nõ apponitur. Plau. in Sti. Locos ridiculo vendo age licemini. Cice. lib. iij. offi. Tollendũ igitᷣ ex rebus cõtrahendis omne mẽdaciũ nõ licitatorẽ venditor: nec cõtra ſe qui liceatur emptor apponet vterqꜫ ſi ad loq̃ndum venerit/non plus q̃ ſemel eloquatᷣ.

Licitor quaſi frequẽtatiuũ eſt: nam ſignificat ſępe appⱺtio/ſiue ſępe emo/vendo ve per auctionẽ: ſicut dictũ eſt in Liceor: tametſi ſecreto id fieri poſſit: vt apud Curtiũ: Cum habeatis arma licitamini hoſtiũ capita. Pli. lib. vij. Ariſtidis thebani pictoris vnã tabulam cẽtũ talẽtis rex atalus licitatꝰ eſt. Et licitari congredi ⁊ pugnare ſignificat. Cecil. in hymnide. Quin macherã licitari aduerſum eum cępiſtis ſciẽs. Ennꝰ Pars ludicre ſaxa iactãt ⁊ inter ſe licitantᷣ. Feſtꝰ docet eum licitari/qui decipiendo inducit.

Licitator/q̃ crebro licetᷣ/q̃ pro re emẽda /conducẽda ve precium alio maius pollicetᷣ: vel qui pugnando ſępe cõtendit. Qui etiã pro proxoneta ponitᷣ a Cicerone cum inquit: Tollendũ ⁊c̃. Vide in dictione Liceor. Quid eñ eſt aliud proxonetarũ: hoc eſt licitatoꝝ officiũ/q̃ tum emptorẽ/tum vẽditorẽ ⁊ cõtẽdẽdo ⁊ decipiendo inducere: vt ⁊ vẽdat ille: ⁊ hic emat/idqꜫ nõ minus minuẽdi q̃ augendi pretij ratione. Siue igitᷣ in rebus priuatis/ſiue in publicis vendendo /emẽdo locando/cõducendo/contrahẽdoqꜫ licitator interſit: aut ſuo doloſe/aut alterius noie hunc eſſe eundẽ qui proxoneta a grȩcis dicitᷣ/ manifeſtũ eſt. Recte ergo p̃cepit Cicero ne a vẽditore licitatorẽ/nec itẽ ab emptore apponi debere: ſed ipſos potius ſi ad loquendum venerint nõ pluſq̃ ſemel loqui oportere: vt nulli licitatoris mendatio nulli dolo relinquatᷣ locus.

Licet imperſonale/modo ſignificat fas eſt. Cic. Neqꜫ eñ licebat locũ numini cõſecratũ turpi flagitio cõtaminare. Virgil. Qñquidẽ auſonios coniungi fędera teucris haud licitũ: nec veſtra capit diſcordia finem. Dicimus autẽ: Mihi licet eſſe bonũ virũ ⁊ bono viro. Ceſar. Tenuẽ ſectanũ prędã quibus eã licet eſſe fortunatiſſimos. Cic. lib. tuſ. Licuit eñ eſſe ocio themiſtocli. Licuit epaminũde. Mõ ſignificat poſſibile eſt ſiue cõceditᷣ/aut poteſtas datᷣ. Mar. Piſcinã peto nõ licet natare. Cice. li. tuſ. Idqꜫ cũ multis alijs rebus/tum e põtiſicio iure ⁊ ceremonijs ſepulchroruꝫ intelligi licet. Et eſt ornatꝰ dicẽdi modꝰ: non licet mi/

bi per te hinc abire.i.tu non vis ſeu pateris me hinc abire. Luc. ſo lib.vij. Oia maiorũ vertamus hauſta licebit ꝓ eo qđ eſt/ſi licẽtia erit. Modo/ſignificat Facile eſt. Lac.lib.iij. Ipſe ille romanę linguę ſũmus auctor ꝗtũ fallat licet ex illa ſentẽtia puidere. Cice.li.j. offi. Licet eñ ora ipſa cernere iratorũ:aut eoꝝ q̃ aut libidine aut metu cõmoti ſunt/aut voluptate: nimia geſtiũt.i.facile eſt. Modo aduerbiũ concedentis eſt ſicut Eſto. Virgi. Licet ingens ianitor antro ęternũ latrans/exangues terreat vmbras. Modo eſt cõiũctio aduerſatiua/pro ꝗuis.

Licẽtia a licet deducit:ꝗuis in malã partẽ plerũqꝫ capiatur:cũ.ſ.id nobis arrogamus qđ non licet. Libertas ſo cum non deterremur quin ea quę honeſta apte agamus. Vide in dictiõe libertas. Licentior epiſtola/in qua nimis libere ſcribimus. Pli. Licentiore epiſtola narrare conſtitui. Licentiora mãcipia dicũtur nequiora quaſi multa per licẽtiã faciẽtia.

Licenter/aduerbiũ/ſignificat per licentiaꝫ:a quo Gel. formauit cõpoſitũ. Prelicenter/qđ eſt quaſi nimis licenter. Quę verba inquit finxit prelicenter. Et eſt licenter a licens participio.

Licite aduerbiũ a licitis formatũ/ſignificat iuſte.

Licẽtioſus/qui nimis vtitur licentia.

Lictus us. vide in dictione linguo.

Licia/ ſunt fila quibus in telis textrices implicãt ſtamina. Unde Trilicẽ dicim⁹ veſtẽ q̃ ex tribus licijs conſtat. Et teſtiuiliciũ fila de tela decidẽtia. Plau.in caſ. Non ego hoc verbũ expreſſi teſtiuilicio .i. re admodum viliſſima. Licya ę.cum y/regio eſt.

Liciatoriũ/lignũ circa qđ licia inuoluunt. Hieroñ.lib. Reg. Haſtile hoſte ei⁹ erat quaſi liciatoriũ texẽtiũ.

Lichen is.ge.maſ.morbi gen⁹/quem latini Mẽtagrã appellãt:qm̃ a mẽto incipit. Mar. Non vlcus acre puſtulę ve lucẽtes/nec triſte mẽtũ ſordidi ve lichenes

Lictor/q̃ carnificis officio fungebat:miniſter ꝯſulis ꝓcõſulis ⁊ ſimiliũ. Sꝫ duodecim lictores cõſulis erãt: aliorũ ſeni tm̃ portantes virgarũ faſciculos cũ ſecuribus ligatos:magiſtratuſqꝫ p̄ibant:ac quotiens iuſſi erant faſciculos ſoluẽtes:primo virgis cedebãt reum:mox ſecuri feribãt. Liui. Miſſiqꝫ lictores ad ſumendũ ſuppliciũ nudatos virgis cedũt/ſecuriqꝫ feriunt. Hos prim⁹ inſtituit Romulus Dicti a ligãdo lictores:ꝙ virgarum faſces ligatos gerebãt. Gel. Lictor nomẽ verbale/quaſi ligator a ligãdo Tyro. Ciceronis libertus a licio quo cincti erãt/dictos exiſtimat. Licio eñ trãſuerſo q̃ magiſtratibus p̄miniſtrabant/cincti erãt. At Plutar:q̃ſi λειτόσ. litos .i. public⁹ q̃ſi public⁹ miniſter. Et ſic abſqꝫ c ſcribẽdũ eſt.

Lictori⁹ a.um.qđ ad lictorẽ ptinet. Pli. Faſces lictorios ianue ſũmiſit cui ſe oriẽs/occidẽſqꝫ ſũmiſerat.

Lido is.verbũ antiquũ/ſignificat cõfringo/deleo. Cuius cõpoſita ſunt:Collido/illido.

Lien gene.maſ.grece ſplen. Dicit ⁊ lienis in nominatiuo. Cel.lib.iij. Si iecur aut lienis eſt affectus. Hui⁹ magnitudine/intẽperantiã riſus fieri affirmant phyſici. Perſius. Sed ſum petulãti ſplene cachino. Intumeſcit q̃nqꝫ lien: vt cingere hoiem videat. Plau. in cur. Nam quaſi zona liene cinctus ambulo: geminos in vẽtre habere videor filios:nihil metuo niſi medius diſrũpar miſer. Hinc lienoſi/q̃ liene laborant. Qui fiunt: vt inquit Ariſt.lib .iij. de partibus aĩaliũ quotiens excremẽti plus in lienẽ diuertit ꝙ calor ei⁹ viſceris poſſit conficere. Pli.lib.vij. De pyrrho cuius pedis pollex lienoſis medebatur.

Liger eri.nomẽ viri ꝓpriũ:de quo Virgi.lib.x. Dicta volant ligeri/ necnõ ⁊ troius heros. Liger eris.gallię fluuius:q̃ ⁊ ligeris in ntõ dr. Uñ ⁊ ligerim in actõ lectũ eſt. Hic delatus in oceanũ influit maximi curſus ⁊ pari cum Garũna interuallo a pyrene diſtat ⁊ duobus ſtadiorũ milibus vtriuſqꝫ nauigatio eſt.

Ligyes/populi aſiatici qui cum xerxe cõtra grecos militarunt.

Ligo as.quidaꝫ a lino deducunt quaſi lino ago/ꝙ lino omnia ligẽtur:ꝓpter qđ greci λινον vocatũ putant ἀπὸ του λινεω antiquo verbo/qđ eſt teneo:qꝛ lino omnia tenent. Hui⁹ cõpoſita ſunt Alligo/qđ eſt ad aliquid vł iuxta ligo/colligo/circũligo. Pli. Id ſicut in pilo quadratũ ſtupa circũligabant. Deligo/valde vel perfecte ligo. Col.lib.vij. Melius bimus ꝙ anniculus caſtrat:idqꝫ facere vel autumno luna decreſcẽte precipit:vitulũqꝫ ad machinã delegare. Illigo intus ligo. Obligo/circũligo/ preligo/anteligo. Liui. Faſceſqꝫ virgarũ atqꝫ arida ſarmenta preligãtur cornibus boum. Religo/qđ aliq̃n eſt ſoluo/qđ eſt ligatũ ſicut reſero. Aliq̃n habet ſignificationẽ ſimplicis Oui. Nox erat ⁊ querno religant in ſtipite funẽ. Col.lib.iij. Diutiuſqꝫ perennat quę firmis truncorũ ⁊ idoneis locis religata eſt. Aliqñ retro ligo. Cicero lib.j.tuſ. Trahit hectorẽ ad currũ religatũ achilles. Aliq̃n iterũ ligo. Lactã.lib.iiij. Hoc vinculo pietatis obſtricti deo/ac religati ſumus. Subligo:a q̃ ſubligaculum ⁊ habet penul .corre.

Ligamen/ligaculũ /ligamentũ/ligatura /ſignificant id quo aliquid ligatur.

Ligones/ruſtica inſtrumenta ſic dicta ꝙ a radicibus q̃ ſub terra ſunt/ligent. Vel dicti ſunt quaſi legiões:q̃a per latitudinẽ ſub terra facili⁹ legunt. Luc. Vomereqꝫ antiquos curionũ paſſaqꝫ ligones.

Ligellũ/breue domiciliũ ⁊ tuguriolũ Plau. Tu a ligello fuiſti qua exis foras.

Lignũ a legẽdo inquit Var. ꝙ ligna caduca in agris legebant quibus ad focũ vterent. Hinc ligne⁹ a .um. qđ ex ligno eſt: vt Ligneũ ſimulachrũ.

Ligneolus a.um.dimi.a ligneo. Aug.lib.xj.con. Sed nec ego dixerim circuitũ illius ligneolę rotę dieꝫ eſſe nec ideo tempus non eſſe ille dixerit.

Lignarius a.um.quod ad lignũ ptinet: vt faber lignarius qui ligna dolat.

Lignoſus a.um.qđ inſtar ligni durũ eſt.

Lignile pe.pro.dictũ eſt vbi ligna in domo ad cõburẽdum parata ſunt:ſicut fenile vbi eſt vel eſſe ſolet fęnum. Sic Bouile /Equile/ Caprile ⁊ hmõi.

Lignari eſt ad capienda ligna ire. Liui.lib.x. Redeuntibuſqꝫ lignatũ ſe ire hinc.

Lignatores/dicti ſunt milites qui lignatũ vadunt. Idẽ in eodẽ Paucis citra milibus lignatores ei cũ preſidio occurrunt.

Liguſtrũ ſimiliter a lego: quaſi leguſtꝝ arbor: ex cuius ligno teſſerę fiunt aptiſſime.

Liguria/italię regio pro maiore parte montuoſa inter amnes Varrũ ⁊ Macrã ab altero latere habẽs apẽninũ ab altero padũ thuſciã attingẽs: cui⁹ caput ẽ genua:a qua liguſtica ora/⁊ mare liguſticũ. Dicta liguria a ligyſto phaetõtis filio ꝯuerſiõe y in u.

Liguſticũ mare: vt refert Solin⁹ coraliuꝫ procreat:qđ fulminibus reſiſtit.

Ligus uris.ꝫm Priſ.põt eſſe ꝓpriũ nomẽ: ⁊ tũc eſt generis maſ. Et nomẽ gentile: ⁊ ſic eſt cõis. ꝓbus declinat hic ⁊ hęc ligur: ⁊ hic ⁊ hęc ⁊ hoc ligus/ ꝓ incola ligurie. Luc.lib.j. Et nũc tonſe liger/quõdã ꝑ colla decora. Virg.lib.vj. Vane ligur fruſtraqꝫ animis e late ſupbis. Item Aſſuetũqꝫ malis ligurẽ.

Liguſticus a.um.pe.cor.nomẽ poſſeſſiuũ. Iuue. Nam ſi ꝓcubuit qui ſaxa liguſtica portat.

Ligurio is.pe.cor.iui vel ligurij itũ. ſignificat mĺta aui de conſummo ⁊ ſuauiora edulia carpo ⁊ per heluationem p̃rimoniũ voro: licet ꝓdu. Hora. Tractauit calicẽ manib⁹ dũ furta ligurit. Uñ liguritores dicunt guloſi ⁊ voratores edulſorũ dulciorũ q̃ ꝯſumptis ꝺꝫ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pibus catillos etiã lingũt ⁊ q̃ bona deuorãt. Eſt etiã ligurire paulatim ⁊ cũ quadã mora atq̃ elegãtia comedere quaſi ſinẽdo vt ꝑ ſe cibus in ſtomachũ liquefiat. Terẽ. in eu. Que cũ amatore ſuo cenãt/ liguriũt. Dictũ ligurire απω του λυγιρου: qꝺ greci ſuaue dicunt: vt inquit Do. ꝑ tranſlationẽ. Cice. D. Bruto ſcribens ad ſupplicationẽ rerũ vſus eſt. Cum q̃dam inq̃t de collegis noſtris agrariã ligurirẽt curationẽ diſturbaui rem: totã q̃ nobis integram reſeruaui. Et ab Auſonio dictũ eſt Inguinũ liguritor.

Ligula pe. cor. dimi. a lingua. vide in dictiõe lingua.

Liliũ/ genus herbe. de qua apud rei ruſtice ſcriptores fit mentio quõ ſeratur.

Lilietũ/ locus in quo liliorũ copia eſt. Palladius. Lilieta canneta ponenda ſunt.

Lilybeũ/ ꝓmontoriũ ſicilie: et vrbs eiuſdẽ nois. Syl. lib. xiiij. Cernit deuexas lilybeũ noie chelas: ſcribit cum diph. Nã greci λιλυβαιον dicunt.

Lima/ inſtrumẽtũ fabrile q̃ ferrũ aut aliq̃d aliud terit.

Limo as. polio ⁊ ſuꝑflua detraho. Hiero. ad Damaſ. Sepe cauſatus ſum excoli nõ poſſem ſermonem niſi quẽ ꝓpria manꝰ limauerit. Aliq̃n limare eſt ꝯiũgere. Plau. Nõ pater tuꝰ vnq̃ cũ illa limabit caput. Huius cõpoſita ſunt Delimo ⁊ elimo q̃ habẽt pe. prod.

Limaculus dimiñ. a limatus. Cice. Volũnio. Opꝰ eſt hoc delimatulo ⁊ polito tuo iudicio.

Limatura/ ſcobs: hoc eſt puluiſculus limãdo detractꝰ.

Limax dicit q̃ exquirit vt aliquid auferat. Plau. in bac. Limaces viri ꝙ atterant ⁊ conſumãt. Et limax teſtudo cochlea terreſtris q̃ ⁊ limaca a limo dicit: in quo per hyemẽ deliteſcit ⁊ viuit vere prodiens. Col. lib. x. Implicitꝰ conche limax hirſutaq̃ campe.

Limus/ genus veſtis ab vmbilico ad pedes. Virg. lib. xij. Velati limo ⁊ verbena tpa vincti. Et limus letamen eſt ſeu cenũ illud molliꝰ qꝺ ab aquis deferri ſolet. Unde limoſus a. um. Virgi. Limoſoq̃ lacu per noctẽ obſcurus in vlua delitui. Hinc illimis ⁊ hoc illime pe. pro. qꝺ eſt ſine limo defecatũ ſincerũ. Sidonius ad heroniũ. Nuſq̃ aqueductuũ liquor integer vel ciſterna defecabilis/ vel fons irriguus/ vel puteꝰ illimis. Hinc ⁊ Oblimo: de quo alibi.

Limus a. um. obliquus. i. tranſuerſus/ obtortus qꝺ ⁊ limis tertie declinatiõis dicit. Unde qui oblique aſpicit limis oculis ſpectare dicit. Ter. in eu. Ego limis ſpecto ſic ꝑ flabellũ clanculũ. Do. Põt eſſe noiatiui caſus: vt ſit limis ſpecto vel ablatiui puralis ⁊ deeſt oculis. Cum igit diſſimulant ſe hoĩes videre qꝺ vident/ ⁊ non recta facie/ ſed tranſuerſa intuentur: limi dicuntur aſpicere.

Limẽ ꝺr qꝺ ex tranſuerſo in ianua eſt a limo obliquo/ ꝙ ingrediẽtibꝰ exeũtibuſq̃ tranſuerſum ſit: vt eſt apud Do. Feſtũq̃. Nec ſolũ inferiorẽ partẽ ſignificat que ſub pedibus calcari ſolet in ingreſſu/ ſed etiã ſuperiorem. Iuue. Pendẽtia liquit vela domus ⁊ adhuc virides in limine lauros. Neuius ꝟo limen ſuperũ et inferũ dixit. Exime limẽ ſuperũ qꝺ mihi miſero ſepe confregit caput. Inferũ quoq̃ vbi ego omnis defregi digitos. Limẽ ſuperũ ſuꝑliminare etiã vocatur: a grecis hyperthyron. Ponit interdum pro ingreſſu. Virgi. Limen erat ceceq̃ fores ⁊ peruius vſus. Interdũ pro interiore parte domus. Idẽ penetrant aulas ⁊ limina regũ. Interdũ pro loco ſtandi. Idẽ: Corripiunt ſpacio audito limenq̃ relinquunt. Interdũ pro principio: vt in limine vite extinctꝰ eſt. Interdũ pro amicicia: vt teſtat Ser. enarrans illud de Turno. Se limine pelli. Iuue. Limine ſubmoueor. i. repellor ab amicicia. A limẽ fit Elimio as. Liminare. Poſtliminiũ liminaris ⁊ hoc liminare quoad limen pertinet: vt lapis liminaris qui eſt in domus ingreſſu. Aug. ad Hiero. poſuit pro principio. Non hoc codex ipſe vt aſſolet in liminari pagina pretendebat: id eſt in principio ſeu ingreſſu libri. hinc ſuꝑliminare.

Limes itis/ modo tranſuerſam viã ſignificat/ modo terminũ. Col. li. i. Semitas nouoſq̃ limites in agro fieri nõ patiat. In agris limites duo maximi ſunt: Cardo ⁊ Decumanus. Limes decumanus eſt qui ab oriente in occidentẽ ſpectat, Cardo a meridie ad ſeptentrionem. Reliqui limites anguſtiores: diſtantq̃ int ſeſe paribus interuallis.

Limito as. pe. cor. ⁊ limitor ſignificat termino ſeu reſtringo/ ſic a ſemitis Semito as. ⁊ ſemitor. Vñ limitatus ager ꝺr in cẽturias diuiſus. Pli. lib. xvij. Aut ſi maior modus ſit totidẽ pedũ cardinẽ quo decumano limitari. Semꝑ ꝟo quintãnis ſemitari: hoc eſt in quinto quoq̃ palo ſingule iugo pagine includũt. Cice. Appio pul. De tua ꝓlixa beneficaq̃ natura limitabit aliquid poſterior annus ꝓpter quãdã triſticiã.

Limentinus putabat deus q̃ liminibus ꝑeſſet.

Limbus muliebre veſtimentũ erat purpurã in imo cõſutã habẽs ſeu qꝺlibet aliud ornamentũ veſtiũ extremitatẽ ambiens. Virgi. Sidoniã picto clamydẽ circũdata limbo. Huiꝰ dimi. eſt limbulꝰ a quo limbellꝰ.

Limborarius qui limbum veſtem conſuit. Plau. Textores limborarij.

Linus/ nomen viri propriũ: ex mercurio ſeu vt quidam putant ex apolline ⁊ vrania geniti: alter philoſophus thebalius/ Iunior. Eſt etiã linus ſpecies hymni Suidas autẽ λινοσ χαλκιδευσ απολλωνοσ και τερψιχορησ οι δε αμφιμαρου και ουρανιασ. λεγεται δε πρωτοσ ουτοσ απο φοινικεσ γραμματα εισ ελληνασ αγαγειν γενεσθαι δε και ηρακλεωσ διδασκαλοσ γραμματων και τησ λυρικησ μουσησ πρωτοσ γενεσθαι ηγεμων.

Linũ απο του λινεο antiquo verbo qꝺ eſt teneo: q2 lino omnia tenẽtur. Hinc lineus a. um: quod ex lino eſt vt veſtis linea.

Linarius/ qui lini artem exercet: a grecis λινοπλοκισ. linoplocis.

Linamentũ/ philum quod ex lino voluendo trahitur. Pli. Delphini linamenta accenſa excitãt vulue ſtrãgulatu oppreſſas.

Linteum/ pannus lineus ⁊ ſudariũ quo in balneis vtimur. Mar. Non tam ſepe teret lintea fullo tibi. Itẽ lintea ſunt vela quibus vtuntur naute. Virgi. Certũ eſt dare lintea retro. Itẽ lintea que ſũt idonea ad ſpectantiũ vmbracula. Unde legimus: Ceſarem totum forum linteis adumbraſſe. Itẽ lintea linei amictus. Inde linteatus linteis indutus: id eſt lineis veſtibus quali habitu fertur fuiſſe. Appollonius philoſophꝰs quoniã hmõi habitus videbat mũdior q̃ qui ab animalibus deglubebat. Sidonius ad leonẽ: Cupidũ ſcientie contẽnentẽ pecunie: inter epulas abſtemiũ inter purpuratos linteatus.

Linteolũ diminutiuũ. Pli. pro petia pãni linei vulneribus in linteolis imponitur. ſ. amurca.

Lintearius/ qui lintea vendit.

Linteones/ qui texunt linteamina ꝓ conficiendis veſtibus: vt docet Ser. lib. vij. en. Firmicus lib. ij. math. ſcribit venerẽ in quadrupedibus occurrẽtẽ facere linteones/ aut plumarios atq̃ colorũ tinctores.

Linea e. proprie ſignificat filum illud quo fabri materiarũ vtuntur ad ſignãdam materiã ꝙ ex lino fiat. Et quoniã ab hac ſi rubrica vel alio colore intincta fuerit figura deſignat longa ſine latitudine atq̃ altitudine: ea quoq̃ figura linea vocatur. Item ea que nõ colore: ſed animo imaginantur geometre linee vocantur. Et linea dicitur filum omne ex lino et quicũq̃ tenuis funiculus. Col. Ligato pede longa linea gallina cuſtoditur. Pli. Murene deuorant hamũ: admo-

aentqꝫ dentibus lineas:atqꝫ ita erodunt. Idem. Ste
mata vero lineis diſcurrebāt ad imagines pictas. Et
linea dicitur que eſt in ſuperficie. Nam ſupficies ex li
neis eſt vt punctum:quod eſt principiū in geometria
Dicitur autem punctū qđ diuidi non pōt. Linea que
ab vno puncto ad aliud deducitur.

Linearis ⁊ hoc liniare:qđ ad lineā pertinet. Vñ linea/
ris pictura vocata eſt lineis circa vmbram hominis
deductis. Primi hanc picturam exercuerunt Ardi/
ces corinthius ⁊ Telephanes ſicyonius ſine vllo co
lore ſpargentes tñ lineas intus:vnde ⁊ latini linearē
picturam graphidē appellauerūt.

Lineamētū a linea:⁊ ipſa extremitas ⁊ quaſi linea que/
dam corporis per quā hominis forma dignoſcitur a
lineari pictura tracta in qua per ſolas lineas effigies
hominis cognoſcebat. Iuſti.li.j. Lineamētoꝝ eq̄li/
tas matri ⁊ filio ꝑſimilis. Pli. Nec q̄ ſuccederet ope
ri ad preſcripta lineamenta inuentus eſt.

Lino is:⁊ linio is:et lenio is:diuerſa ſunt. Nam linio ⁊
lenio quarte cōiugationis ſunt. Linio tertie. Et lino
linioqꝫ habent pe.cor.lenio ꝓ. Virg. Seruataqꝫ mel
la theſauris relines Sedulius. Illiniens hominē ve
teri de ſemine ſupplet. Eſt autem linire craſſe aliquid
aliquo inſtrumento ſupinducere. Col.lib.vij. Sed il/
lius ſanat noxa fibula ahena ſi locum leſum cōpun/
gas cretaqꝫ cynonia ⁊ aceto linas. Aliqñ etiam non
craſſe:ſed leniter aliquid inducere ⁊ quaſi lineā duce/
re. Vnde interlinire dicimus ſupinducto attramen/
to aut alio liquore ſcripturam aliquaꝫ picturā ve de/
ſtruere. Sic littere dicunt interlite: ⁊ talis inductio
Linitura dicit. Aliqñ obturare. Virg.li.iiij.Ge. Neqꝫ
ille ne quicqꝫ in tectis certatim tenuia cera ſpiramen
ta linūt: vt etiā a cōtraria ſignificatiōe eius cōpoſitū
ſimul Relino indicat:vt apud eūdē. Seruataqꝫ mel
la theſauris relines. habet hoc verbū lino tria ꝑteri/
ta lini liui ⁊ leui. De primo Quintil.in declamatione
Ceci. Et ne q̄d ſceleri ipio deeſſet mariti tui cruore pa
rietē liniſti. De ſcđo Col.li.vlti. Multi cū ſemel no/
ua dolia vel ſeria craſſa gūmi liuerūt:vna in ꝑpetuuꝫ
gūmitione eſſe contēti ſūt. De tertio Cato de re ruſ.
Poſtea dolium calefacito minus:qui ſi picare velis
tepeat ſatis eſt lignis lenibꝰ facito calefcat. Vbi tēpe
rate tepebit: cuminū indito:poſtea linito. Si recte le
ueris in doliū quinquagenarū pedum quattuor ſatis
erit. Supinū vnū tantū habet litū. Vñ litus a um: ꝓ
obturato maculato inſperſo. Virgi.lib.iiij.Ge. Elu/
cent alie ⁊ fulgore coruſcāt ardētes auro ⁊ paribus li
ta corꝑa guttis.i.inſperſa ſeu diſtincta. Quale eſt il/
lud Hiero.ad Saluinā. Tu vero que in tumulo mari/
ti ſepeliſti omnes pariter voluptates q̄ litā purpuriſ/
ſo ⁊ ceruſa faciē ſuꝑ feretrū eius lachrymis diluiſti.
Eius cōpoſita ſunt Adlino ad aliq̄d lino. Pli. Sunt
qui leporino coagulo mel addāt ⁊ hoc ſepe adlinant
dentē. Palladiꝰ. Si ſtercus ꝓmogeniti vituli adlina
mus oribꝰ vaſculoꝝ. Collino. Gel. Poſtea tabulas
cera colleuiſſe circūlino. Ci.li.j.tuſ. Condiūt egyptij
mortuos ⁊ eos ſeruant domi:ꝑſe etiā cera circūlitos
condiūt vt q̄ maxime ꝑmaneāt diuturna corꝑa. Deli
no: Illino:interlino:oblino. Vide alibi. Elino extrali
no fedo. Lucil.lib.vj. Si hec veſtimenta eleuit luto.
Perlino valde lino. Col.lib.viij. Hoc vlcera lauā/
tur aceto:⁊ tūc pice liquida cū adipe ſuilla perlinunt
Relino qđ obturatū erat aperio. Terē.in heau. Re/
leui oīa dolia oēs ſerias. Sublino mediocriter fedo
illudo:⁊ pro ridiculo habeo. Plau.in epi. Senex ti/
bi os ſublitū eſt plane ⁊ ꝓbe.i.deriſus es. Et in capt.
Quanto in pectore hanc meā magis rē voluto tanto
mihi egritudo auctior eſt aīo ad illū modū ſublitum
eſſe os mihi.i.ſubſtercoratū vel maculatū.

Linio is iui itum:proprie ſignificat vngo vel frico: aut
quid ſimile qđ digito aut aliquo inſtrumēto alicui rei
ſuperinducit fricatur vel imprimitur:ſed tenuiter nō
craſſe. Col.lib.viij. Fere autē per eſtatem ſic muſcis
aures canum exulcerantur ſepe vt totas amittant.
Quod ne fiat amaris nucibus contritis liniēde ſunt.
Hieronymus in tob. Statimqꝫ linies ſuper oculos
eius ex felle iſto piſcis. Fateor tamen adeo interduꝫ
hec duo verba lino ⁊ lineo in ſignificatione ꝓpinqua
eſſe: vt vix diſcerni poſſint. A linio componit Circū/
linio. Lactā.lib.v. Circūliniat modo poculū celeſti
melle ſapientie:vt poſſint ab imprudentibus amara
remedia ſine offenſione potari.

Lingones ſunt populi Gallie ſupra heluetios ⁊ ſequa
nos in occaſum vergentes.

Linternus Campanie fluuius haud longe a vulturno
fluuio et oppido.

Lingo is:xi ctū. Lingere eſt aliquid lingua molliter tan
gere. Plautꝰ in Caſi. Hel mihi videor lingere hinc
linguam quidam deduci voluerunt. Rurſus lingere
dicimus dum aliquid in ore tenentes guttatim id de
fluere in ſtomachū ſinimus. Que res linctus dicitur
Que vero in hunc vſum fiunt eclegmata grece dicunt
Pli. Telicos gēma eſt q̄ olee nucleo ſilis videt ⁊ lin/
gentiū calculos frangit. Idem. Multi tuſſim veterē
linctu ſalis diſcuſſere. Idem. E ſemine lini fiunt Ecle
gmata. Hinc fit compoſitū Elingo qđ eſt extra lingo
Plau.in cur. Hic hodie apud me nunqꝫ elinges ſalē

Lingua a ligando dicta eſt ꝙ liget cibū. Nam cibos vi
ſua cōglobat ac deprimit in ventrēqꝫ tranſmittit: ſeu
ꝙ ipſa dentiū ſeptis quaſi muro vallata ac ligata ſit.
Eſt ⁊ lingua minor que ⁊ ſublinguium a quibuſdam
dicitur operculū cartilaginoſum:qđ phyſtulam ſpiri/
talem in gutture claudit cū phyſtula cibali cibus de/
fertur. Hec cū ridemus attollitur: quia riſus oīa con
cutit. Quapropter periculoſum eſt ne nos riſus in/
uadat cum deglutimus. Hoc enim operculū natura
inſtituit ne quid eſculenti potulenti ve ad pulmonem
feratur. Qđ ſi accideret niſi reijceretur hominē ſtran
gularet. Accipit quandoqꝫ lingua pro differētia ſer/
monū. Vnde dicimus linguā latinā: linguam grecā:
vt eſt apud actus apoſtolicos. Audiuimꝰ eos loquē/
tes noſtris linguis magnalia dei. Quinetiam in vna
lingua ſermonis diuerſitas lingua dicit: vt in greca
lingua eſt. Attica:dorica:ionica lingua. Scribit ſtra/
bo trecētas nationes q̄ diſſimilibus linguis vterent
deſcendiſſe in dioſcuriadē vrbē colchoꝝ clariſſimā.

Linguarum diuerſitas inquit Auguſtinus lib.xix.de ci
uitate dei:hominē alienat ab homine. Nam ſi duo ſi
bimet inuicem fiant obuiam neqꝫ preterire: ſed ſimul
eſſe aliqua neceſſitate cogantur:quoruꝫ neuter nouit
linguam alterius:facilius ſibi animalia muta etiam
diuerſi generis q̄ homines ſociātur. Rurſus lingua
appellatur genus promontorij nō excellētis:ſed mol
liter in planū deuexi. Similiter inſtrumentū planum
⁊ oblongum in ſpeciem lingue factum lingua dicit:
quale eſt illud quo vtuntur Aromatarij ad extrahen/
da e vaſis vnguenta. Cuius diminutiuū ſm Priſcia
num eſt lingula:eiuſdem ſignificationis: ⁊ per conciſi
onem. Ligula Feſtus. Ligula ꝑ diminutione mdicta
alias a ſimilitudine exerte lingue: vt in calceis:alias
inſerte:id eſt intra dentes coercite: vt in tibijs:pro ea
que calceorū eſt. Mar. Non extrema ſedet linia lin/
gula plāta. Iuuenalis abiecit n et li corripit. Et ligu/
lam dimittere ſolicitus: ne tota ſalutatrix iam turba
peregerit orbem. Mar. Quis me ligulaꝫ dicāt equi
teſqꝫ patreſqꝫ. Dicor ab indoctis lingula grāmaticis
Pro ea que inſtar lingue facta eſt. Plinius. Cera pu
nica fit hoc modo. Ventilat ſub dio ſepius cera ful/
ua deinde feruet in aqua marina ex alto petita addi/
to nitro. Inde ligulis eligūt florem. Columella. Li/



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gulam vocat inſtrumentũ ad purganduȝ e vaſe ſpumã. Deinde inquit vbi linquatum mel in ſubiectum alutũ defluxit transfert in vaſa fictilia: q̄ paucis ante diebus aperta ſunt: dũ muſteus fructus efferueſcat: hiſq; ſepius ligula purgãdus. Pli. Sunt qui cõmitialibus morbis dandũ putant luna: quarta ſexta ſeptima lingue menſura.i.cochlearis. Veteres etiam gladiolũ oblongũ in ſpeciem lingue factũ ligulã vocitauere. Lingua iteȝ vt Plinius teſtatur: herba eſt q̄ circa fontes naſcitur cuius radix cõbuſta ⁊ trita alopecias emẽdat. Siliter lingua bubula genus herbe quã greci bugloſſon dicunt boum lingue ſimilis. Lingua canina alia herba que cynogloſſos vocat̃ a grecis Lingua petrea genus lapilli qđ inter gẽmas connumerat̃. A lingua fiunt Elinguis ſine lingua et qui loqui nõ poteſt etiã ſi linguam habeat. Elinguo as. Bilinguis trilinguis ⁊ huiuſmodi.

Linguax ſiue lingulax lingulaca ve verboſus multũ loquens: qui nimiũ ⁊ ſtulte loquit̃. Gel. lib. j. Hoc genus hominis in verba prouectos locutuleios ⁊ blaterones ⁊ linguaces dixerunt.

Lingulaca mulier multiloqua. Plau. in Caſ. Lingulaca eſt nam nunq̃ȝ tacet. Accipitur quandoq; pro muliere auguratrice. Quandoq; pro piſce qui ſolea aut ei ſimilis a nõnullis creditur. De quo apud Varronem ⁊ Plautum.

Linquo linquis liqui lictũ ſm Priſ. ſignificat relinquo dimitto: habetq; li. ſyllabã indifferentem in preterito Virgi. Nec tamen indecorem tua te regina reliqui. Idem. Namq; ſua patriã liquerat tellure ſepultam. Huius cõpoſitũ eſt Delinquo. Aſcẽ. Errat cũ neſtore Ceſarienſi male citante. Virgi. Enei. iiij. vbi legit̃. Nanq; ſuã patria antiqua cinis ater habebat.

Lipara penultima correpta Inſula ex eoliis a liparo rege: Auſonis regis filio cui ſucceſſit eolus. Hiero. Que e lipara ſiciliam nauigant ſiniſtra eſt. Hinc lipareus liparea lipareum.

Liparus Auſonis regis filius: a quo lipara denominata eſt inſula.

Liparis Cilicie fluuius ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ q̃m ſcribit Victr. natãtes in hoc flumine: aut ſe lauãtes nõ aliter vngi ab ipſa aqua q̃ȝ ſi oleo aut adipe lauarent̃.

Lipſana pe. cor. tantũ pluraliter declinatuȝ nomen eſt quo apud nos reliquie ſignificant̃.

Lippus qui oculos habet lachrymãtes cũ putredo ab his defluat. Lippitudo ipſum vitiũ. Cor. Celſus. Si frons prurit lippitudinis metus eſt.

Lippio is iui itum lippus fio: hoc eſt marcorẽ in oculis contraho. Pli. lib. xxviij. Oculorũ vitia fieri negant nec lippire eos qui cũ pedes lauãt aqua inde ter oculos tangant. Plau. in Cur. ad fauces tranſtulit. Proſpicio parũ os amarũ habeo: dentes plenos: lippiũt fauces fame: ita cibi vacuitate venio laſſis lactibus.

Liquentia fluuius gallie ciſalpine ſeu venetie: poſt Taruiſinum agrũ. Oriturq; in opiterginis ⁊ in mari adriaticum cadit.

Liquidus a um: penulti. cor. molle fluxum. Virgi. Aut cum liquentia mella ſtipant. Aliquãdo ponitur ꝓ puro. Idem. li. iiij. Dulcia mella premes nec tantũ dulcia q̃ȝtum et liquida: id eſt defecata et ſine ſordibus. Aliquando pro proſpero. Plau. in pſeu. Ab ſiniſtra auſpicio liquido atq; ex ſententia confidẽtia eſt inimicos meos me poſſe ꝑdere. Hinc fit aduerbiũ Liquido: qđ ſignificat pure ⁊ manifeſte. Terẽtius in And. Vt liquido poſſim iurare. Dicimus etiaȝ ad liquidũ quod eſt manifeſte.

Liquido as: aperio manifeſto.

Liquo as li. ſyllaba cor. ſignificat liquidũ facio cũ ſcilicet aurum vel plumbum diſſoluitur. Lu. lib. vij. Erepraq; tela liquauit. Huius paſſiuum liquor. Compoſita ſunt Eliquo: qđ eſt extra ſeu valde liquo. Lactã. libro. ij. Vnde autẽ vel quomodo deus hec duo principalia ignem ⁊ aquam vel accenderit vel eliquauerit ſolus poteſt ſcire qui fecit. Aug. lib. ix. confeſſio. per tranſlationẽ dixit. Voces igitur interluebant auribus meis ⁊ eliquebat̃ tua in cor meuȝ. Reliq̃ idem qđ liquo. Vñ legimus de ſctis Primo ⁊ Feliciano ꝙ iuſſerit p̄ſes reliquari plũbũ ⁊ bulliẽs in ora fundi.

Liquatũ ſiue liquamen: pinguitudo animalis ad ignẽ liquefacta ⁊ in vſuȝ coquinariũ ſeruata ad cõdiẽdos cibos. Licet ⁊ de aliis dici poſſit: que non comedunt̃ vt eſt apud Colu. lib. viij. Succus excolati lupini veteris vini fex ⁊ amurca pari menſura miſcentur: coq; liquamine tonſa ouis imbuitur.

Liquaſco is: liquidus fio.

Liqueo liques liquiui: li. ſyllaba correpta. Eſt autem liquere liquidum ſeu molle eſſe qđ inſtar olei diſcurrit. Hiero. in Leui. Omne liquens qđ bibit̃ de vniuerſo vaſe imundũ erit. Hinc liqueſco liquidus fio. Perſi⁹ Tot tibi cũ inflãmas iunicũ omẽta liqueſcãt. Virgi. Limus vt hec dureſcit ⁊ hic vt cera liqueſcit. Huius cõpoſita ſunt Colliqueo: a q̃ colliqueſco. Deliqueo a quo Delique ſco qđ eſt in totũ reſoluo. Oui. lib. vij. me. Protinus imbutũ celeſti nectare corpus: Deliq̃uit ſtagnũq; ſuo de nomine fecit.

Liquet impſonale: ſignificat Conſtans manifeſtũ ⁊ certum eſt: q̃m que reſoluuntur certa conſtantia ⁊ manifeſta fiunt. Terẽ. in Eu. Illum liquet nihil deierare his menſibus ſex nõ vidiſſe proximis.

Liquefacio: a quo liquefio eiuſdẽ cum liqueſco ſignificationis. A liquefacio compoſituȝ. Illiquefio qđ eſt valde ſeu intus liquefio. Cice. lib. iiij. Tuſ. Que ſunt omnes vnius generis ad perfundendũ animũ tanq̃ȝ illiquefacte voluptates.

Liquor is: liqui reſoluor defluo ſtillo. Cuius paſſiuum eſt liquor liqueris: quorũ li. ſyllaba ꝓducitur. Virgi. Vere nouo gelidas canis cũ montibus humor Liq̃tur. i. paulatim diſſoluitur. Idem. li. iij. Nam que prima ſolo ruptis radicibus arbos vellitur huic atro liquũtur ſanguine gutte: id eſt defluunt. Luc. libro. ix. Liquitur ⁊ nigra diſtillant inguina tabe. Hinc etiaȝ fit liqueſco liqueſcis prima pro. Ouidius libro. j. de pon. Sic mea perpetuis liqueſcũt pectora curis. A liquo fit compoſitũ. Col. liquo. Varro. Quod aurũ cũ colliquiſſet in forma fuit infuſum.

Lira prima ſyllaba producta: ſulcum ſignificat. Col. li. ij. lyras ruſtici vocant eaſdem porcas cum ſic aratũȝ eſt vt inter duos latius diſtãtis ſulcos medius cumulus ſiccam ſedem frumentis prebeat. Hinc lyrare: a quo delirare ⁊ delirus. Deliramentũ. Lirare dicunt̃ agricole cum crate dentata vel tabula aratro annexe operiunt ſemina. Primo eñ aratur terra: qđ dicitur proſcindere: Deinde ſecunda aratione excitate grandiores glebe frãguntur quod vocant effringere. Tertia aratione iacto ſemine boues lirare dicũtur: qui tabellis et vomere ſimul et ſatum frumentũ operiũt in porcis et ſulcant in foſſas quo pluuia aqua dilabatur Hinc delirare aliquem dicimus cum non recto ſulco tegendo ſemen incedit: deinde per metaphoram ad inſaniam hoc vocabulũ tranſlatum eſt. Vnde ⁊ deliri inſani dicuntur: ⁊ delirare inſanire. Hora. in epiſtolis. Quicquid delirant reges plectunt̃ achiui. Deliramentũ ipſa deliratio. Quidam tamẽ delirare a greco trahunt. Nam ληρειν ineptire eſt. Noſtri etiaȝ liras gerras et nugas vocitauere. Plaut⁹. Nam tue blanditie mihi ſunt qđ dici ſolet gerre germane edepol lire. Lyra p y. aliud ſignificat.

Liro liras: liras facio. Col. Lirant̃ iugera duo opa vna

Liratim aduerbium per liras. Colu. Eeq; cum ſint liratim ſeri debent.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liris fluuius campanię ortus in Apennino ⁊ minturnas pręterlabens. Mar. Ceruleus mons liris amat quē ſylua marice protegit. Uirg. Et vmbroſę liris ꝑ regna maricę.

Lis: controuerſia a limite id eſt termino dicta: ꝙ primę inter homines lites de limitibus fuerunt.

Litigo as: pe. cor. quaſi litem ago: diſcepto contendo. Mar. Ah miſer et demens viginti litigat annos. Quiſꝗ̄: cui vinci gargalianę licet. Plau. ī rud. Qua de re nūc litigatis inter vos? Litigiū litis actio. Idē in Caſ. Nā ego q̄d cōtrahere cupio litigij inter eos? Litigioſum dr̄ de q̄ lis eſt. Litigioſus qui frequēs in litibus verſat̄. Litigator ⁊ litigatrix q̄ ⁊ quę litigat.

Lithos grece: lapis latine dicitur.

Lithagirium: ſpuma argenti: quaſi ꝙ ſit in lapidē compacta argenteum.

Lithocolla: glutinū quo lapides coniungunt̄. Fit enim ex lapide pario aut marmore cū taurino glutino.

Lithoglyphus pe. cor. ſculptor lapidum.

Lithotomia: penultima producta lapidicina lithotomus architectus.

Lithologema penultima producta: lithogematis strues lapidum.

Lithoſtratos pe. produ. maſ. generis: ⁊ hoc lithoſtratum dictio compoſita ex λιθοσ lapis ⁊ σρωτοσ ſtratus appellatur locus lapidibus ſtratus ſi verbuꝫ grecum proprie interpretari volumus. Ueruꝫ lithoſtrata ex paruulis cruſtis conſtabant: quibus ſolum pauimenti incruſtabat̄. Unde legimus in euangelio Ioānis. Et ſedit pro tribunali in loco qui dicit̄ lithoſtrotos. Uar. li. iij. de re ruſt. Cū villam haberes opę tectorio atꝗ inteſtino ac pauimētis nobilibus lithoſtrotis ſpectāda. Hoc a noſtris dicit̄ Sectile.

Lithiaſis morbus calcularis.

Littera ꝗuis ſm̄ ſuam analogiam per ſimplex t. ſcribi debeat: tamen quia prima ſyllaba eius producitur ꝑ duplex tt. ſcribi ſolet. Dicta littera quaſi legittera eo ꝙ legenti prebeat iter: vel ꝙ in legendo iteretur: vt inquit Ser. Uel a lituris: ꝙ ſcripta deleri poſſit: quia plerūꝗ in ceratis tabulis antiqui ſcribere ſolebant ⁊ inde delebant. Uel a lino is: quod in ſcribendo illinitur: id eſt leniter inducitur atramentum. Uel a linea quoniam grece γραμμη linea dicitur et inde grāma littera et grāmatica litteratura. Et litterę quę notę quoꝗ appellantur ex lineis conſtant. Et ſignificat principaliter litteras indiuiduas: vt a. b. c. Sicꝗ diffinitur ꝙ ſit minima pars vocis compoſitę ex litteris quę ſcribi poteſt indiuidua. Huic accidit nomen ſcꝫ quo appellatur: figura qua pingitur: et poteſtas qua valet. Aliquando littera capitur pro ſcribentis manu. Cice. ad Atticum. Nam alexidis manū amabam ꝙ tam prope accedebat ad ſimilitudinem tuę litterę Plurali numero litterę epiſtolā deſignant: niſi apud poetas: apud quos legitur littera pro epiſtola. Ouidius. Quā legis ab rapta briſeide littera venit. Uocantur preterea litterę diſciplinę que litterarum monumentis continentur: vnde dare litteris operam dicimus: hoc eſt incumbere artibus quę ſcriptę ſunt. A littera fit diminutiuū litterula: quod Hieronym⁹ poſuit pro breui epiſtola cum inquit. Munuſcula oīa ⁊ ſuſpectas litterulas vobis interdico ſub anathemate. Litteratus qui litteris preditus eſt. Cuius contrarium eſt Illitteratus pro rudi ⁊ indocto. Litteratulus diminutiuū eſt. Hierony. contra Rufi. Uideris tibi litteratulus et rabbi.

Litteroſus idem quod litteratus. Caſius. Homo litteroſus mere.

Litterarius litteraria litterariū: quod ad litterā vel ad lr̄as ꝑtinet. Uñ dicit̄ ludus litterarius.

Litterator qui litteras noſcit vel docet.

Litteratura: ars quę de litteris tractat: vt eſt grāmatica. Aug. li. viij. confeſ. Imperatoris Iuliani temporibus lege data prohibiti ſunt chriſtiani docere litteraturam ⁊ oratoriam.

Litus a um participiū a lino. Uide in dictione Lino.

Littus per duplex tt. terra quę ab aqua tangitur: vel ꝙ alluitur: vel ꝙ aqua ad id alludat: vel ꝙ ibi aqua eliditur ſeu ꝙ fluctibus oblimatur. Et proprie de mari dicitur: ripa de fluminibus. Ouidi⁹ Campoꝗ recepti. Liberioris aquę pro ripis littora pulſant. Sueto. in Nero. Diſpoſitę per littora ⁊ ripas diuerſorię tabernę. Quandoꝗ etiā littus dicit̄ de fluminibus. Uirg. in diris. Littora quę dulcis auras diffunditis agris. cū de Mincio loqueret̄. Sumitur interdū pro terra mari vicina. Idem. Cui littus arandū ⁊c. Interdū pro ſpacio circa aram: a litando: quia ibi litabant̄ hoſtię. Nam ſicut docet Dona. Nauigantes eundo et redeūdo in littore ſacrificabant propter quod ⁊ vſus obtinuit vt duplici tt. ſcribatur cum lito primā corripiat. Cicero tñ in topi. a ledo deducere videt̄. Quod cū primā producat: vnico t. ſcribenduꝫ erit. A littus fiunt littoreus a um: ⁊ littoralis adiectiuum vt arena littorea: ⁊ plaga littoralis.

Lito as: ſacrificio facto deos placo: votūꝗ impetro. Sue. in Cęſa. Deinde pluribus hoſtijs cęſis cum litare non poſſet introijt curiā. Huius cōpoſitū eſt perlito quod eſt perfecte lito. Gel. Si he res diuinę factę riteꝗ perlitatę eſſent: haruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum eſſe.

Litura re. ſuperinductio: ⁊ complanatio: a lino linis vt fit cum ſuperinducto atramento alio ve liquore ſcripturam vel picturam deſtruimus.

Lituro as. pe. producta cancello: expungo. Sidonius apol. Tunc vel certius te probaſſe reliqua gaudebo ſi lituraſſe aliqua cognouero.

Lituus baculus incuruus: quo ſedentes augures auibus tēpla deſignabant. Gel. Lituus eſt virga breuis in parte qua robuſtior eſt incurua. Dicitur interdum regale ſceptrum: hoc eſt ille romuli baculus qui poſt romulum a litibus dirimendis in medio incendio integer manſit vt apud Uale. maximum. Nihil in eo pręter lituū romuli integrū repertum eſt. Et Plutar. in Romulo. Lituus cōſeruatus eſt in palatino collę: vſꝗ ad Celtarū tempora a quibus capta vrbs incenſa fuit. Sed poſtea expulſis a Camillo hoſtib⁹ inter altiſſimas fauillas illeſus cum omnia ignis conſumpſiſſet inuētus eſt. Feſtus ſcribit lituū eſſe gen⁹ buccinę curuę vnde vox gracilior exiret: q̄ q̄ cecinerit liticē dr̄ Uir. li. vj. Et lituo pugnas iſignis obibat ⁊ haſta

Liticen penul. correpta qui lituo canit.

Liuius nomen hiſtorici patauini qui res romanas miro artificio luculentoꝗ ſermone perſcripſit. De hoc Hiero. ad Paulinū Ad Titū Liuiū lacteo eloquētię fōte manātē de vltimis hiſpanię galliarūꝗ finib⁹ quoſdam veniſſe nobiles legimus. Et quos ad contēplationem ſui roma non traxerat: vnius homis fama perduxit. Habuit illa ętas inauditū oībus ſeculis celebrandūꝗ miraculum vt tantā vrbem ingreſſi: aliud extra vrbem quererent. Fuit et alius Liuius poeta. Comicus cognominatus Andronicus. De quo Diome. Conſtat inquit apud Romanos: Primū latino ſermone comędiam Liuium Androicum ſcripſiſſe. Gel. libro. xvj. Prim⁹ omniū. T. liui. poeta fabulas docere Romę cępit poſt Sophoclis et Erupidis mortem annis plus fere. C. er. lx.

Liuor veſtigiū ⁊ nota quę fit ex flagello. Unde in eccleſiaſtico legimus ꝙ flagelli plaga liuorem facit. Aliquando ſignificat colorem nigriorem. Uar. Sic paulatim liuor in candorē vertitur: ⁊ omnis macies e corpore abſcedit. Et quoniā talis eſt color inuidoꝝ ideo

liuoꝛ accipitur pꝛo inuidia. Luc. Liuoꝛ edax tibi cuncta negat. Claudia. libꝛo. iiij. Rabiem liuoꝛis acerbi Nulla poteſt placare quies.

Liuidus pꝛopꝛie dicitur qui ex percuſſu carnem nigraʒ habet fluxione cruoꝛis ad eum locum quo percuſſus eſt. Plinius. Taplie ſuccus ſuggilatis ac liuidis pꝛodeſt. Hinc liuidus pꝛo nigro. Uirg. Quid ve petunt anime vel quo diſcrimine ripas: He linquunt: ille remis vada liuida verrunt. Quoniam vero qui inuidia laboꝛāt exedentes ſe doloꝛe hūc coloꝛē contrahunt: Liuidus ſepe pꝛo inuido ponitur. Mar. Omnib⁹ inuideas liuide nemo tibi. Huius diminutiuū eſt liuidulus. Juue. Quibus inuideas ſi liuidulus ſis.

Liueo es: ater ſum. Pli. lib. xxij. Coꝛtex vero ſcilicet heliostrophi liuentibus coloꝛem reddit. Et aliqñ inuideo. Pompo. Malignus homo ⁊ foꝛtunis alioꝛum ſemper liuens.

Liueſco: liuidus fio. Claudi. lib. iij. Haud equidem inuideo nec enim liueſcere fas eſt. Uel nocuiſſe deos. Huius compoſitū eſt Adliueſco.

Lix dicit̄ cinis in queʒ materie rediguntur cum fuerint exuſte. Pli. lib. xxxvj. allegat Uarronem dicentem: lix cinis eſt foci. Et lix vocatur aqua cineri immixta. Unde lixinium. Et lix aqua a lica qui ſecutus eſt herculem deflecti quidam aiunt.

Lixinium aqua in qua lauandi gratia decoctus eſt cinis per n. ante i. Col. lib. xiij. Sunt qui culmos fabe exurant ⁊ ex eo quod cremauerint cinere lixinium faciūt. Idem libꝛo vltimo lixiniam vſurpat. In olla inquit fictili ampla pꝛeparatam lixiniam cineris ſarmēti calefieri conuenit.

Lixe dicti ſunt qui vilioꝛis queſtus gratia exercitum ſequūtur vt puta lauandi aut coquendi gratia. Syl. libꝛo. v. punicoꝛum Inutile marti lixarū vulgus. Scipio apud liuiū. Actium vmbꝛum appellat ſemilixam quaſi ſemimancipiū nomine ignominioſo. Uar. Lixulas ⁊ ſemilixulas vocabulo ſabino ſcribit dici circulos ex farina caſeo ⁊ aqua cōmixtos ⁊ inter cibaria numerantur. Appellatiꝙ ſunt a cinere: ꝙ lix cinis foci ſit. Unde elixus a um: quod coctum eſt cinere olle ſuppoſito. ⁊ Aulicociū quod olla coctū eſt. Nam veteres pꝛo olla aulam dicebant.

Lixo as: lixum facio ⁊ vernacula lingua dicimus liſſare a quo fiunt cōpoſita Elixo et pꝛolixo: quod eſt lixum facio ſeu in longū acuo. Col. lib. v. Quare magnopere monendus putatoꝛ eſt vt ꝓlixet aciem ferramenti ⁊ quantū poſſit nouacule ſimilē reddat.

## L Ante O

Loba e. milij vel panici racemus: vt eſt apud Uar.

Locus pꝛopꝛie dicitur quicquid aliquid continet: Uir. Hic locus vꝛbis erit. Poniturꝙ a dialecticis inter accidentia ſubſtantie: et eſt vna de ſeptem circūſtancijs que ita numerant̄ perſona: qualitas: negociū facultas: cauſa: modus tempoꝛis: que hoc verſu continentur. Quis quid vbi quibus auxilijs cur quomodo quando. Quandoꝙ locus dicit̄ genus. Sal. Natus haud obſcuro loco. Quandoꝙ diſtributio tempoꝛū que cui in ſpectaculū venturo tribuūtur ab edilibus. Unde motus loco dicitur: qui ſuas hoꝛas non obtinuerit inter pꝛecedētes ⁊ ſecutoꝛes. Et Cicero Loco motus eſt cū ex vꝛbe pulſus. Tereñ. Noſter grex per tumultū cōmotus eſt loco. Cum autē dicimus. Loco patris te habeo ſignificamus ea eſſe charitate q̄ pater eſt vel eſſe debet. Terē. Si te in germani fratris dilexi loco. Loco vō ſolaciū: loco voluptatis: loco honoꝛis ꝓ iucundū voluptuoſuʒ ⁊ honoꝛificū dꝛ. In locū ſubſtitut⁹. i. in alterius vicē. Quinti. Et in locū iuuenis amiſſi ſubſtituit de vanitate ſolaciū. In plurali loci ⁊ loca. Loci ſedes ⁊ argumētoꝝ ſūt q̄ intra ſe cōtinēt argumēta ⁊ ex q̄bus ipſa argumēta petēda ſunt Ab Ariſto. topica vocati ſunt. Loca ſūt in q̄b⁹ aliq̄d locat̄ q̄ꝙ etiā locos in eodē ſignificato dicam⁹. Uir. Deuenere locos vbi nūc ingētia cernis. Similiter locos pluraliter dūtaxat mulieris vuluā ſeu vterum et vulgo matricem appellamus. Uar. in oꝛigi. Sic loci muliebꝛes in quibus naſcēdi initia cōſiſtunt. Pli. lib. xj. Feminis eadē oīa pꝛeter veſicā ⁊ intus vtriculus vnde dictus vterus qđ alio noīe locos appellāt: hoc in reliquis animalibus vuluā tantū dicimus.

Loculus diminutiuū a locus: ſignificat eñ paruū locū. Uar. li. iij. de re ruſt. Hoꝛtēſius familiaris noſter cū piſcinas haberet magna pecunia edificatas ac loculos ita ſepe cum eo ad villā fui. Ponit̄ etiā interduʒ ꝓ ſacculo in quo pecunia ſeruat̄ q̄ alio noīe dꝛ vulua ⁊ bulga ⁊ marſupiū ⁊ capſula ſiue ſit lignea ſiue eboꝛea Mar. Nos niſi de flaua loculos iplere moneta nō decet. Interdū ꝓ feretro quo moꝛtui efferunt̄: qđ alias capulū ⁊ libitinā vocāt. Et loculi ꝓ vulua.

Locellus diminu. a loculus. Mar. Si q̄d adhuc ſupeſt in nr̄i fece locelli. Eſt munus nihil eſt: ipē locell⁹ erit.

Loculatus a um: qđ habet diuerſos locos. Uar. Nam vt pauſanias ⁊ ceteri pictoꝛes eiuſdē generis loculatas magnas habēt areolas vbi diſcoloꝛes ſint certas ſic hi loculatas habēt piſcias vbi diſpares diſcluſos habent piſces.

Loculamēta loca diſtincta ſiue capſule in quibus aues ⁊ ſimilia nidificare ſeu habitare ſolent: ⁊ a loculis deduci videt̄. Col. Uel ſi nō ita cōpetit paxillis adactis tabule ſupponant̄ q̄ vel loculamēta quib⁹ nidificent aues vel fictilia colūbaria recipiāt ⁊ lib. x. de apibus dicit. Crepitaculis ereis aut teſtarū plerūꝙ vulgo iacentiū terreat̄ fugiēs iuuētus: eaꝙ que vel pauida cū repetierit alueū maternū: ⁊ in ei⁹ aditu glomerata pependerit: vel ſtatim ſe ad pꝛoximā frondē contulerit ꝓtinus cuſtos nouū loculamentū in hoc pꝛeparatuʒ pliniat intrinſec⁹ ꝑdictis herbis: deinde guttis mellis reſperſum admoueat: tū manib⁹ aut etiā trulla cōgregatas apes recondat.

Locuples pe. coꝛ. generis oīs ſm̄ Priſc. ⁊ tā in i q̄ꝙ in e ablatiuū finit. Cice. in frumētaria. In ꝓuincia locupleti ⁊ referta. Hoꝛa. In locuplete domo. Dictus locuples a lata humo ħ ē locoꝝ plen⁹ q̄ pleraꝙ loca. i. q̄ multas poſſeſſiones hꝫ: quēadmodū pecunioſus a pecoꝝ copia. Aſſiduus ab aſſe dādo cognoīat̄. Pli. lib. xviij. Cognomia etiā pꝛima inde pilūni qui piſtrinas inuenerūt. Piſones a pinſendo. Hinc ⁊ locupletes dicebāt loci: hoc eſt agri plenos. Et nō modo pꝛo diuite: ⁊ loca multa poſſidente: verūetiam pꝛo firmo certoꝙ ad quālibet rem ponit̄. Cice. lib. iij. offi. Accedit eos teſtis locuples poſſidonius. Poſſet tñ ꝓ bono ⁊ magne auctoꝛitatis capi ⁊ foꝛte rectius: quēadmodū ⁊ illud in eodē lib. cōparatiue poſitū. Quem eñ locupletioꝛē querimus q̄ꝙ pꝛincipē populi romani qui retinēdi officij cauſa cruciatū ſubierit vltro.

Locupleto as: pe. coꝛ. locis ⁊ poſſeſſionibus quēpiam diuitē facio q̄uis etiā ad oīa ſicut dito capi poſſit: vt cū quis opib⁹ rebuſꝙ etiā incoꝛpoꝛeis ditat̄. Col. li. iij. Ut ante ꝑpenſum ⁊ exploꝛatū habeamus vt locupletet patrēfamilie vinearū cultus. Plau. Uiſus eſt paterna hereditate locupletarier. Hui⁹ cōpoſitū eſt Collocupleto qđ ſignificat valde dito. Ter. in heau. Ubi nā eſt fides dū ego ꝓpter te errās patria careo demēs tu interea loci collocupletaſti antiphala te.

Loco locas pono conſtituo. Liui⁹ lib. j. Caſtra ab vꝛbe haud plus quinꝙ milia paſſuū locant. Uirg. Hic alta theatri fundamenta locāt. Interdū locare eſt reponere. Plau. Dū aulā domi locatā ꝑrit ablatā reperit. Interdū nuptui tradere. Ter. in phoꝛ. Queſo ꝙ ſi filiā ſuā vnicā locaret. Hinc Illocabilis q̄ tradi vi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ro nō pōt. Plau. Virginē habeo grandē dotę caſſam
atq̃ illocabilē. Interdū affictare: ad appēſionē dare
vel ad vecturā ſeu ad operā faciendā. Et tūc cui quid
locatur in datiuo ponit̃ ⁊ pręciū in ablatiuo: vt ſex nū
mis aureis operā vł domū tibi meā locaui: vel equū
annū totū. Aliqñ etiā in accuſatiuo cuz prępoſitione
ad: ſi rei non homini locatio fiat. Plautus in tri. Ego
huic diei nomen trinūmo faciā: nam operā meā trib⁹
nūmis ego locaui ad artes nugatorias. Sine pręcio
autē expſſo ſed cū datiuo homini. Cice. in Ver. Se/
nonis Menoni nobiliſſimi hoīs vxoris fundus erat
colono locat⁹. Sulp. Cic. Poſteaq̃ curauim⁹ vt idē
athenienſes in eodē loco monumentū ei marmoreum
faciendū locarēt id eſt cōcederēt ꝓ loco. huius verbi
compoſita ſunt Abloco: quod eſt alijs loco afficto.
Sue. in Vitel. Satis cōſtat exituro viaticū defuiſſe
tāta egeſtate reifamiliaris vt vxore ac liberis quos
romę relinquebat meritorio cęnaculo abditis domū
in reliquā partē anni ablocaret. Colloco ſimul loco.
Eloco extra loco: vt cum iumentū vel boues extra lo
care ſolent agricolę ⁊ agrum frumentariū inde male
curant. Qđ Columella libro. j. tangit cum inquit. Et
maxime vexant ſ̄m qui boues elocant: eoſq̃ vt cete/
ra male paſcunt nec induſtria terram vertunt. Et ha/
bent penultimā correptā.

Locito as: pe. cor. frequētatiuū formatū a ſupino a in i.
mutata. Teren. in Adel. Agelli eſt hic ſub vrbe pau/
lulū qđ locitas: huic demus qui fruatur.

Locatarius: qui domū aut fundū aliudve ſimile in loca
tionem conducit.

Locuſtę ſunt animalia parua infirmas habētia alas: vt
inquit Hiero. quę quidē de terra conſurgētia altius
nō valent auolare vt plus ſint q̃ reptilia ⁊ tamē aui/
bus non equētur. Dicte locuſtę a locis vrendis ob ia/
cturā quā meſſibus afferunt tactu multa vrētes mor
ſu vero omnia erodentes: vel a loco ⁊ ſto ſtas: vel a
longis haſtis tibiarum ⁊ crurū quaſi gręci ασαϛον
vocem. Has parthi: in cibo ſumunt. Et diuus domi/
ni pręcurſor Johānes locuſtis vixiſſe ſcribitur: ſed cō
tra obſtinatos licet ſciam magnos viros aliter ſcribe
re: hoc non me fallit: ꝙ locuſtis pratoꝝ veſceretur au
diant etiam grāmaticos. Hic perottus grādi vir au/
ctoritate longā facit diſputationez: ſed carptim dicit
in india naſci longitudine trium pedum: quarum cru/
ribus cum aruerint vtuntur pro ferris: in cyreanica
lex eſt: vt ter in anno debellentur: in ſyria quoq̃ eas
necari militari imperio mos eſt: nefas eſt credere di/
uum Johānē: quē regis noſtri dei precurſorem meri/
to vocāt: huius cibi impuritate vſum in heremo fuiſ/
ſe: crudeli cibo: ⁊ venenoſo: ſed de gręcis ſunt iſti au/
ctores celeberrimi Eudemus rhetor: Heladius: Eu/
genius: Zoſimus: Cecilius: Longinus: Lupercus:
Juſtinus: Pachatus: Pamphilus: Zopyrion: tan/
dem ⁊ Suidas omnium congregator ita ſcribi gręce
ακρὶσ ειδοσ ζωυφιου ησθιε δε ακριδασ ο
προδρομοσ καὶ μελι αγριον οπερ αποτων
δενδρων επισυναγομενον μανναϛοισ πολ
λοισ προσαγορευεται. Iſaacius etiaz interpres
profuſus Nicādri dicit animal eſſe venenoſum. Pli
nius lib. ix. dicit locuſtas eſſe piſces: atq̃ beat⁹ Aug.
lib. x. confeſſionū ait Johānē anialibus: hoc eſt locu/
ſtis in eſcā cedētibus nō fuiſſe pollutū: ſed q̇d reſpon/
debūt ſancte matri eccleſię: inſurgēt ne tanq̃ corybā
tes: q̄ cantat: ⁊ publice ſolēnizat. Prebuit hirtū tegi/
men camelus artubus ſacris ſtrophiū bidētes: cui la
tex hauſtū ſaciata paſtū mella locuſtis: vbi illud locu/
ſtis intelligendū eſt vt ait ibi Suidas: ideo conclude/
dum eſt nō ſolūmodo māna intelligi oportere: verū/
etiam ſūmitates oīm germinantiū: vt ſunt etiā cora/
lia roſaꝝ ſylueſtriū: ⁊ ſpinaꝝ: ſed cauſa iſtius erroris
fuit: qm̄ iſta dictio ακρὶσ ακριδοσ duo ſignificet et
locuſtā vermē venenoſū: qm̄ ſūmitates corrodat: quē
deus aliqñ irat⁹ mittit ꝯtra populos ⁊ natiōes: ſigni
ficet etiā corculū germinantiū. i. ipſa germia. An igit̃
fas dicere virū tā ſanctū/tā gratū deo comedere ver/
mes miſſos cōtra inimicos dei: ⁊ quare non comedit
etiā muſcas: ⁊ tabanos miſſos contra pharaonē: ſed
tpę hyemis vbi erāt locuſtę: ſaliuerūt ne? Immo ali/
qui medici interpretant̃ eſſe rapūculos: ⁊ alij doctiſſi
mi poma ſylueſtria: ſed tā ſctō homini piū eſt credere
māna ꝓ libito cęlū fluere: vt tā pręcioſum ⁊ tā diuinū
corpus ſuſtētaret: Quis Pli. lib. xj. cap. xxix. ait par/
this ⁊ hę in cibo grate. Sed talia monſtroſa ſunt ꝙ
etiā indi comedāt: non eſt mirū: ſiquidē comedūt etiā
hoies quos ex finitimis regionibus venant̃ Locuſta
quoq̃ venefica neroni grata ex Gallijs euocata: de
qua apud Juue. Dion gręcus hiſtoricus λοκουσ/
ταν τινα φαρμακιδα περιβοητον αγριππινα
μετεπεμψατο και φαρμακον τι αφυκτον προ
κατασκευασ αεστιναϛων καλουμενων μυ
κητων ανεβαλε καὶ μεν αυτη εκτων αλλων
ησθιεν. Locuſta etiā piſcis ē ex genere cruſtaceorū
corpore longo cornua ante oculos bina longa ⁊ aſpe
ra habet dictus a ſimilitudine terreſtris.

Locutulei: ſunt hoīes in verba ꝓuecti et blaterones et
linguaces quorū lingua taz ꝓdiga infreniſq̃ eſt vt te
terrima q̄dā colluuione verboꝝ fluat ſemꝑ ⁊ ęſtuet.

Locrus: vrbs ab Aiace oileo ⁊ naritijs qui eum ſecuti
ſunt condita apud locrinū montē qui eſt in brucijs ad
extremum italię oppoſitus peloro. Virgił. Illic na/
ritij poſuerūt męnia locri. Inde locrenſes quorū rex
fuit ipſe Aiax oileus: hi Epiçephyrij cognomiati ſūt
a çephyrio ꝓmontorio cui iminent. Auctor eſt Pli.
a locris incipere italię fronte quę magna gręcia ap/
pellata eſt. Alij ſunt locri in gręcia cognominati oço/
le a malo odore. Alij Opontij boetijs finitimi qui et
Epicundij dicti ſunt.

Lodex icis: pe. pro. lecti veſtis ⁊ operimētū ſiue linteo/
lus quo in lecto vtimur ⁊ frequenter lauatur. Unde
a pollu͡edo lodices appellatas nōnulli putāt. Juue.
Modo ſub lodice relictis vteris in turba: hui⁹ dimi
nutiuū eſt Lodicula. Sue. in Aug. Ita vt extremis
ſpacijs ſubſultim decurreret ſeſtertio vel lodicula in/
uolutum.

Logos apud gręcos modo ſermonez ſignificat: modo
verbum modo rationē. Hiero. ad Paulinū. Logos
gręce multa ſignificat. Naz ⁊ verbū eſt ⁊ ratio ⁊ ſup
putatio ⁊ cauſa vniuſcuiuſq̃ rei ꝑ quā ſunt ſingula q̄
ſubſiſtunt. Aug. lib. cōtra hereſes. Hermes q̇ latine
dicit̃ Mercuri⁹ ſcripſit librū q̇ logos τελειοσ appel
letur. i. verbū ꝑfectū. Apud nos qñq̃ pro dicto ridi/
culo ac contēnendo ſumit̃. Ci. ꝓ Gallo. Ego te certo
ſcio oēs logos qui ludi dicti ſunt aniaduertiſſe. A lo/
gos fiunt Catalogus. Epilogus. Dialogus. Elogiū
Analogia et prope infinita alia: ⁊ Logica.

Logica latine rationalis. Nam gręci λογικον ratio/
nale dicunt. Hec rationalis philoſophia dicit̃ q̄ pro/
prietates verboꝝ exigit ⁊ ſtructurā ⁊ argumētatio/
nes ne pro vero falſum ſurrepat. Boet. in cōmē. top.
Hęc eſt inqnit diſciplina quaſi diſſerēdi quedā magi/
ſtra quā logicen veteres peripatetici appellauerunt
continens in ſe inueniēdi iudicādiq̃ peritiā.

Logiſtoricus: cōtexens rationes cōputus ⁊ modos hi/
ſtoriarū ſiue hiſtorice ſermocinās de liberalibus ſciē/
tijs. quo noīe dictus eſt quidam liber Varro. Unde
Sidonius ad namatiū. Varronē logiſtoricum ſicut
popoſceras ⁊ Euſebiū chronographū miſi.

Loligo: pe. pro. genus piſcis quaſi voligo ſ̄m Varro.
Volitat eñ hic piſcis extra aquā ſe efferens hic ca/
put inter pedes ⁊ vētrē habet: quē nūc vulgo Cala/

marinũ vocant a thece calmarie ſimilitudine. Habet eni oſſicula duo quaſi cultrũ ⁊ calamũ ⁊ cruorẽ nigrũ atramẽti modo cũ externe albus. ⁊ cũ a volo as: habẽte pe. cor. deſcẽdat: loligo aũt ꝓductã habeat in metro ꝑ duplex. ll. ſcribendũ puto. Hora. in ſer. Hic nigre ſucc⁹ loliginis. Hui⁹ diminutiuũ eſt Loligũcula Plau. Emitto ſepiolas lolligunculas.

Lolium herbe genus alio nomine ciçania. Hora. Eſſet ador loliũq; meliora relinquẽs. Hinc Loliari⁹ a um Col. li. ix. Cribro vitiario vel loliario qui iam fuerit in vſu pulli ſuperponatur.

Lomentũ: greci λειωμα vocant qđ tritũ ꝓprie ſignificat. Pli. lib. xxxiij. Subtiliſſimũ genus lomenti quidam vocãt quinis aſſibus eſtimatũ.

Lombardia: regio italie a lõgobardis dicta q̃ ciſalpina gallia vocabaẽ. Eius fines ſunt Apenninus ⁊ alpes et quicq̃d intra alpes benacũq; atq; Mintium amnẽ cõtineẽ: cuius metropolis eſt Mediolanũ: a populis q̇ lingones germanie ⁊ bardi galliarũ ſunt ſimul mixti: nõ aũt a lõgis barbis: vt ſolẽt viri docti ridere.

Longus ꝓprie porrectus. Virgi. Stant longis innixi haſtis ⁊ ſcuta tenẽtes. Per tranſlationẽ q̃ñq; poniẽ ꝓ diuturno. Idẽ. Et longũ andromache teſtanẽ amorem. Q̃ñq; pro magno. Unde longiores dies maiores dicimus. Q̃ñq; pro ꝑnicioſo. Idem. Infelix dido longũq; bibebat amorem. Et longũ aduerbialiter qđ ſignificat longo tẽpore. Mar. Utq; tuis longum dominuſq; puerq; fruantur munerib⁹. A longus fiũt cõpoſita oblongus ⁊ prelongus.

Longe aduerbiũ pro longitudine tam temporis q̃ loci vt cũ dicimus longe lateq; diſcurrit. Interdũ ſignificat valde. Saluſt. Longe mihi alia mens eſt. Interdum precipue. Cice. Illud homini longe optimũ eſſe Huius cõpoſita ſunt Alonge ⁊ delonge q̃ habẽt accentũ in prima. Longe gentiũ ſignificat longe: ſicut nuſq̃ gentiũ nuſq̃ locorum.

Longeuus a um. cum diph. qđ eſt longi eui. Virgilius Quẽ tibi longeuo ſerũ lauinia cõiunx Educet ſyluis. Cice. in Cato. O miſerũ ſenẽ qui mortẽ contẽnendã in tam longeua etate non viderit. Hinc longeuitas ελησιστι δε αιωυ ωροσ λεγεσαι.

Longanimis penul. cor. qui eſt ꝑſeuerãtis animi equanimiter tolerans. A quo longanimitas pro tolerãtia Hiero. Longanimitas que alibi ſuſtentatio dicitur: videtur a patientia differre quia qui infirmitate magis q̃ propoſito delinquunt: ſuſtentari per longanimitatem dicunẽ. Qui v̄o ꝑtinaci mente exultãt in delictis ſuis ferri patiẽter dicendi ſunt. Patientia ergo eſt qua per ſuperbiã ⁊ procaci mẽte peccantẽ nõ ſtatim punit deus Longanimitas eſt qua ꝑ infirmitatẽ ⁊ nõ deliberati animi maliciã peccãtis diu portat.

Longitudo: ꝓlixitas: vt lõgitudo dierũ in dextera illi⁹.

Longinquus a um: qđ eſt remotum diſtans. Cice. M. Cato. Non dubito quid preſentes cenſeant: nos quidem longinqui ⁊ a te ipſo miſſi in vltimas gentes.

Longo as: q̃uis non ſit in vſu: habet tamen compoſita in frequenti vſurpatione habita: que ſunt elongo ⁊ prolongo quod eſt protraho. Plau. Que mihi anus prolongat promiſſa.

Longiſco longus fio. Ennius. Neq; corpora firma longiſcunt quicq̃.

Longurio: idem quod lõgus. Varro. Hic qui ante me eſt neſcio quis longurio.

Longurius apud Varro. pertica longior. Quin. lib. j. de re ruſ. ait. Secũda ſepes eſt ex agreſti ligno ſed nõ viuit. Fit autẽ palis ſtatutis crebris ac virgultis implicitis aut latis perforatis ⁊ per ea foramina traiectis longurijs ferreis binis aut ternis aut ex arboribus truncis demiſſis in terram deinceps conſtitutis Idem lib. ij. Itaq; in ſtabulis oportet clauſa habere oſtia ac feneſtras ⁊ inter ſingulas a ꝑſepib⁹ interijcere lõgurios q̇ ea diſcernãt ne inter ſe pugnare poſſint

Longanon: rectũ inteſtinũ dicitur quo aluum purgam⁹ ſic dictum: quia in longũ protenditur et non eſt ita orbibus implicitũ ſicut inteſtinũ tenue. Apicius. Longanones porcinos ex ture tarentino farſos cunctos conciſos in cinere pullorum.

Longobardi populi Germanie quos a longis barbis cognominatos ferunt ⁊ ab oceano germanieq; vltimis oris veniſſe nouas ſedes querentes. hi Albino duce italiam intrauere breuiq; omnes pene citerioris gallie vrbes cepere: ibi cũ ducentis annis regnaſſent: a carolo magno ſuperati fuerũt ſed tamen vt diximus: vt celtiberi ex celtis ⁊ iberis fuit vna natio: ita lingones populi germanie ⁊ bardi galliaru3 populi facta vnione gentẽ vnã ⁊ vnũ nomen admiſcuerũt: et ideo Põticus vir doctus noſtri temporis lingobardos appellat nõ aũt lõgobardos quãtis aũt ꝓbationibus ꝓdeat ille vir ſcrupuloſus alij viderint.

Lopades: genus conche marine. Plau. in para. Medico addite lopades echinos oſtreas.

Loquor eris locutus: per c. ſ̃m Priſcianũ ꝓprie ſignificat verba profero. Differunt autẽ ab inuicẽ Loqui ⁊ dicere ꝙ loqui ſit a natura: dicere eleganter ⁊ facunde. Compoſita verbi loquor ſunt. Alloquor ad aliquẽ loquor. Cice. Cũ pridie eius diei eum allocutus fuiſſem. Alloquimur etiã ea que aut ſummo affectu aut extremo periculo narramus. Vir. Extremũ quod te alloq̃r. Ouid. Nec quia te noſtra ſperẽ prece poſſe moueri alloquor. Hinc alloquium. Amb. lib. Hexa. Dixit deus nõ vt per vocis organa quida3 ſonus ſermonis exiret: nec vt lingue motus celeſte formaret alloquiũ. Colloquor ſimul loquor: a quo colloquiu3 ꝓ confabulatione cũ veniunt in vnum locum loquendi cauſa: ⁊ collocutores qui ſimul loquuntur. Circũloquor per circuitum quedam declaro. A quo circũlocutio quã greci periodon vocant: vt ſi elephanti dentem pro ebore dicamus. Eloquor a quo Eloquium. Deloquor quod eſt de aliquo loco deputato loquor Varro. Hinc dicuntur eloquium ac reliqui in fanis ſabinis e cella dei q̇ deloquũtur. Interloq̃r. Obloq̃r Preloq̃r. Anteloquor. Lactã. li. iiij. Daniel quoq; ſimilia prelocutus eſt. Perloquor perfecte loquor et ſermonẽ ꝑficio. Et habent penultimã correptã.

Locutor ſeu loquutor: qui nimiũ loquitur. Gel. Qui ſunt leues ⁊ futiles ⁊ importuni loquutores.

Loquela: verbũ qđ in loquẽdo proferimus.

Loquentia ⁊ loquium q̃uis a loquor deducantur: non tamen eis vtimur niſi in cõpoſitione vt breuiloquentia breuiloquium: multiloquẽtia multiloquiũ magniloquẽtia magniloquiũ. Similiter magniloquus multiloquus ſtultiloquus blandiloquus ⁊ huiuſmodi q̃ habent penulti. cor. Anteloquiũ primus loquendi locus: ſeu principatus loquẽdi. Soliloquiũ qđ ſignificat illius q̇ contẽplando ſolus ipſe ſecũ loquiẽ.

Loquax verboſus garrulus. Vñ corui ⁊ alie aues que humanam vocem imitantur: loquaces dicunẽ. Hinc comparatiuũ loquacior ⁊ ſuperlatiuũ loquaciſſim⁹. Loquacitas naturalis loquendi abundantia. Cicero. Torquato. Facit autem non loquacitas mea ſed beniuolentia longiores epiſtolas. Accipitur etiam pro ſtulta ⁊ inani loquendi copia.

Loquacito as multũ loquor. Hiero. Si quando mulierculę de diuitijs ꝓprijs de filijs: de veſtib⁹ de mũdi vanitatibus garrulando loquacitent: vt moris eſt eis frangantur.

Lora ſiue lorea genus potiõis eſt quã greci Deuteriã appellant quaſi ſecũdariã veluti apud nos tertiaria per vini caritatem. Nam δευτερον apud grecos ſecundũ diciẽ. Fit ex maceratis aqua vinaceis poſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

muſtum acinis expreſſum: non poteſt iure vocari vinum. Quis inter vina operaria numeretur. Tria eoꝝ genera. Primum decima parte aquę quaſi muſti expreſſa ſit et ita nocte ⁊ die madefactis vinaceis: rurſuſq; prelo ſubiectis. Secundũ tertia parte eius qđ expreſſum ſit addita aquę expreſſoq; decocto ad tertias partes. Tertiũ fecibus vini expreſſum qđ fecatũ Cato appellat. Varro de vi. pa. Antique mulieres maiores natu bibebant loram. Dicta lora quaſi lota acina. Hęc etiam leuia tenuia vina dicũtur. Plinius lib. xxiij. ait leuiſſimũ vinuz celerrime inueterari. Idẽ ſcribit tenue vinũ minus alere: magis ſtomachũ nutrire. Cato fecatũ appellat quod fecibus vini expreſſum eſt. Vinũ aqua miſceri Staphilius primus inuenit. Dilutũ quoq; vinũ dicit̃ aquatum.

Lorum prima pro. Nam lora habet o cor. ꝓprie ſignificat corrigiã ex corio: ⁊ grecũ eſt λωρον. Vñ ponitur ꝓ cingulo. Poete balthcũ Veneris qui Ceſtus dicit̃ lorũ appellant. Lora etiã habenas vocamus et retinacula iumentoꝝ: çonas quoq; ac volumina ex corio bubalo quibus pugiles vtebãtur. Preterea quęcũq; ligamina lora dici poſſunt ⁊ loramenta ligamenta etiam quę ex talibus fiunt. Gel. Poſtea videbamꝰ Androdum ⁊ leonem loro tenui reuinctũ vrbe tota circũ tabernas ire. Hiero. Loramento ligneo circũdatũ ędificij fundamentũ nõ diſſoluet̃: ab hoc lorum etiam pro corrigia accipitur qua homines verberantur. Do. Lora apud veteres laura dicebantur: a laura triumphorũ ſub qua mos erat captiuos vinciri duciq; per pompã. Ideo autem vt conditionis reminiſcantur loris ceduntur. Unde lorarij dicebantur qui in ſcenicis fabulis parebant hijs qui ludis erant prefecti: ⁊ vel vinciebant vel cedebant quos iuſſi erant vincire vel cedere. Tortores quoq; lorarios vocatos inuenimus. Gel. Itaq; hi ſequebant̃ magiſtratꝰ tanq; in ſcenicis fabulis qui dicebant̃ lorarij. Itẽ lora dicunt̃ corrigię quibus lecti ⁊ ſellę inſtruũtur ſuꝑ quibus tomenta vel culcitre imponunt̃. Mar. Nouis lintheis loriſq;. Hinc etiã funiculus aureus argẽteuſve qui collo geſtari ſolet lorũ appellatur.

Lorarij. Vide in dictioue Lorum.

Lorica penul. pro. a loro fit ⁊ eſt munimentũ corporis: quale in imperatorũ antiquis ſtatuis videmus: quia loris alligata ſit. Quod ſi ſit in numine: Aegis idis dicit̃. Habetq; in medio caput meduſę. Nam vt interpretat̃. Var. E loris de corio crudo pectoralia antiqui faciebant. Proprię vulgariter dicuntur barde: vt ſunt equoꝝ: ⁊ ſcuta grecoꝝ non aũt ſunt quas vulgo pançerias vocãt: quoniã poſtea Galli ſuccuderũt e ferro ſub id vocabulũ ex annulis ferream tunicam. Lorica in ędificijs eſt quoddam quaſi ſepimentum ⁊ veluti peribolus quę nos tuetur a lapſu.

Lorico as: loricam induo. Vñ loricatus lorica indutus Plinius. Mox vbi pluribus eodẽ modo ſe corijs loricauit in dimicationẽ pergit. Loricatio apud iuriſcõſultos accipitur pro ornatu domus ſpecioſo ac veluti tectorio quę impenſe ſunt voluptarie. Huius verbi compoſitũ eſt dilorico de quo alibi.

Loricula diminutiuũ a lorica qđ etiam in re militari ſignificat prędiuz obſidentiũ. Solent eñi obſeſſores vltra teli iactũ foſſam facere quã nõ ſolũ vallo ⁊ ſudibus ſed etiã turriculis inſtruũt: vt erũpeutibus ex ciuitate poſſint obſiſtere. Quod opus loriculã vocãt: vt eſt apud Vegetium ⁊ Cęſarem.

Loripes edis: penul. cor. qui pedem in modũ lori tortũ habet. Iuue. Loripedẽ rectus derideat ethiopẽ albꝰ id eſt qui quaſi loro pedem ligatũ habet claudus natura vel caſu factus.

Lotium: vrina a diluendis corporibus appellatuz. Eſt eñi totius corporis lotio ſicut vrina ab vrinor verbo deſcendit. Sue. Reprehendẽti filio tito ꝙ ⁊ vrine vectigal cõmentus eſſet: pecunia ex prima penſione admouit ad nares ſciſcitans num odore offenderetur. At illo negante. At qui inquit e lotio eſt.

Lotos ⁊ lotis idis propriũ nomen nymphe neptuni filie: quę priapũ fugiens in arborẽ ſui nominis cõuerſa eſt. Ouid. libro. x. meta. Amnicoleq; ſimul ſalices et aquatica lotos. Hęc arbor vt ſcribit Pli. inſignis eſt in Affrica quã vocant celtim tam dulci cibo: nã myrthi modo bacchas fert: vt nomen etiam genti terręq; dederit nimis hoſpitali aduenarum obliuione patrię. Ligno color niger ad tibiarũ cantus expetitur. Quare et a poetis pro tibia ponitur. Quidã arbitrantur eſſe eam arborem quã romani Viſciolum dicunt. Eſt etiam eodem noĩe herba in ęgypto: quaz Homerus inter herbas ſubnaſcentes deorũ voluptati primam nominauit. Hęc recedentibus aquis nili prouenit ſimilis fabę: in cuius capite fructus eſt papaueri ſimilis intus grana ceu miliũ ex q̊ incolę faciũt panem. Vñ Pli. li. xxij. Qui arborem tantũ lotũ putãt. Homero auctore argui poſſunt. Ab hac ſata fit lotometra ex cuiꝰ ſemine ſimillimo porri fiunt panes in ęgypto a paſtoribꝰ: maxime aqua vel lacte ſubacto. Eſt ⁊ alia lotos quã multi trifolium dicũt. Itẽ alia lotos agreſtis in libia haſta duobus cubitis longa: ramos plurimos ꝓferens. Quidã etiã loton miliũ vocant.

Lothophagi populi in Aphrica: apud Syrtes a loto nomen ſortiti qui ex loto arbore victitant: cuius fructus ſunt magnitudine fabe colore croci quoꝝ cibus tam dulcis eſt vt aduenis incutiat patrię obliuionez. Vñ cũ Vlyſſis ſocij delati fuiſſent in Aphricã ⁊ guſtaſſent vix inde abducti ſunt. Home. lib. viij. odyſ. ουδεαρα λωτοφαγοι μηδομεε εταροισιν ολεθρον ημετεροισ αλλασ φιδοσ αρλωτοιο παγασθαι των δεοσ τισ λωτοι οφαγοι μελιη δεα καρπον ουκετι απαγγειλαι παλιν ηθελεν ου δε νεεσθαι αλλαυτου βουλοντο μεταν δρασι λωτοφαγοισι λωτον ερεπτομενοι μενε μεννοσ του τελαθεσθε.

## L Ante V

Lubricus a um: pe. cor. quaſi labricus: proprie lubricus locus dicitur in quo quis nequit conſiſtere qualis eſt terra glaciata. Virgi. Lubrica conuoluit ſublato pectore terga. Et ſeſe oppoſuit ſalio per lubrica ſurgẽs. Inde figurate adoleſcentia lubrica dicitur quę facile labitur. Lubricos oculos dixit Cicero: id eſt mobiles ſicut dicitur pes lubricus qui eſt in lubrico. Piſcis lubricus dicit̃ qui labit̃ dum tenet̃.

Lubrico as: lubricũ facio. Iuue. Qui lacedemonio pitiſmate lubricat orbem.

Luce boues: ſiue lucane boues dicti ſunt Elephãti. Vide in dictione Elephas.

Luca: ciuitas thuſcię: a qua lucenſes dicuntur: qui in ea habitant: aut qui in ea orti ſunt.

Lucani populi dicti ſunt ꝙ ea regio ſita eſt ad partem ſtelle lucifere: vel ꝙ loca etherea ſint. i. multę lucis. Vel a Lucilio duce: vel ꝙ primitus in luco ꝯſederint. Hi inter calabros ⁊ apulos ſiti ſunt ⁊ a ſabinis orti. Eorũ regio lucania: quę nũc principatus dicitur. In ea eſt peſtum oppidum et Elea vrbs. Lucania ⁊ petilis metropolis. Hora. Lucanus an appulus anceps Eſt ⁊ Lucanus a um: quod ad lucem ꝑtinet: aquo antelucanus a um. Anteluco ⁊ antelucor.

Lucanus nomen proprium poete.

Lucanica genus farciminis ex porcinis carnibus a lucanis populis primũ inuenta. Mar. Filia picene venio lucanica porce. Pultibus hinc niueis grata corona datur.

Lucẽ charitatẽ eſſe nemo eſt qui dubitet. Qm̃ aũt dicẽ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

clara eſt quẽadmodũ nox obſcura: ponit̃ qñqꝫ lux ꝓ die ⁊ nox ꝓ tenebris: Quis prima luce ⁊ primis tenebris: nõ primã partẽ diei ac noctis ſignificet. Prima ꝙo die ꝓ tota nõ pro diei parte. Gel. Alia luce orta auis in paſtũ ꝑfecta eſt. Inuenit̃ etiã luci aduerbialiter poſitũ ſicut Veſpi. Cice. in Anto. Quis eñ audeat luci ⁊ in militari via grecũ eſt. λυξ λυκοσ εν θεν και λυκοσ λεγεται οτι εν τηνυ κτιλμκοσ ουκεν λειται A luce fit lucanus a um ⁊ antelucanus a um. qđ eſt ante lucis tẽpus: ⁊ ſublucanus ſub lucis tempore. Pli. lib. xj. Nec oĩno prius vergiliarũ exortu ſublucanis tẽporibꝰ. Lux autẽ απο τησ λυκυσ dicta eſt λυκυν eñ veteres greci appellãt primã lucem que precedit ſolis exortũ.

